IN TABVLAR.

EVGVBINARVM FRAGMENTA ETRVSCA

EXERCITATIONES

RAYMVNDI GVARINII.

Litera enim occidit; spiritus autem vivificat.
II. Corint. Cap. III. v. 6.

NEAPOLI
TYPIS SOCIETATIS PHILOMATHICAE
1845.

Laudato ingentia rura:
Exiguum colito. Georgic. II. v. 413.

LECTORI.

Tabularum Eugubinarum adyta sacra primus omnium sine controversia, iure veluti suo Pontificio, ingressus est Lanzius, multigenae vir eruditionis, laborisque patientissimus. Nec quisquam sacra haec attrectare manu ausit, qui non ante viri huius opus laudatissimum de vetere Etruscorum lingua diu, serioque et legerit, et perlegerit. Sed Lanzio in tabularum porro eiusmodi fragmentis exponendis illud contigit, quod homini cuivis contingere necesse est, quamvis oculatissimo, qui pedem primus infert in locum, ubi plurima latent pretii quantivis, sed non in uno angulo seposita; quaeque omnia et singula noscere, accurateque aestimare, nec unius est temporis, nec hominis unius. Quo sane praeviso a viro prudentissimo, maturrimique iudicii, modeste in omnibus, trepidanterque se gerit, nec quidquam fere lectori suo obtrudit, quod ipse adfirmate, tamquam ex tripode, pronuntiet. Re-

cte idcirco, sapientissimeque Iuvenatius, vir acerrimus, de Lanzii nostri Opere loquens ait, hujus ope iam demum datum nobis, aliquid videre in re Etruscorum obscurissima. Quod quid est aliud, quam si dixisset: tantis in tenebris lucis demum aliquid affulget: aurora est: nondum tamen dies est? Et profecto post Lanzianos etiam labores, quota adhuc, quantaque in Eugubinis supersunt fragmentis et obscura, quae lucem praestolantur pleniorem, et incerta, quae confirmatione indigent, et falsa quoque, quibus obelo opus est? Ad haec non pauca, nec raro occurrunt, de quibus vir prudens, pauca in notulis adlevisse contentus, consultius multo duxit tacere omnino, quam temere ariolari.

Ad caeteras fragmentorum huiusmodi difficultates illud accedit, quod mihi gravissimum videtur. Interpunctio, inquam, quae etiamsi constans esset, non aliud nobis commodum afferret, quam ut vocem unam ab altera secerneremus. Sint enim et voces singulae interpunctae, ut prima fronte videntur. Sit et singularum explorata potestas. At quo demum Daedalo duce, sententias a sententiis discernas, et omnia demum in unum, con-

tinuumque orationis sensum apte compingas? Atqui interdum videas, non tantum voces singulas, sed et illarum syllabas studiose interpunctas. Videas, idque longe frequentius, binas, ternasque voces in unam sine ullo puncto coagmentatas, ex quo coniici facile queat, veteres Vmbros, ut et Graecos, verborum compositione fuisse delectatos. In his igitur vox in partes suas necessario est dispescenda, ex iisque denique statuendum, quid totum sibi velit. Quae omnia facilius multo est praecipere, quam exequi. Sed in his nolo lectori suum praeripere iudicium loco, et tempore suo ferendum.

Tabularum Eugubinarum reliquiae in duas partes dividendae, quarum aliae etruscis, aliae romanis insculptae sunt characteribus. Eadem utrisque subiecta materies est; stylus utrisque idem, quo omnia compendio aguntur, fere ut in Frontini formulis de re agraria. Verborum usus admodum parcus, isque in imperandi modum perpetuum, ut in re sacra decet. Quae latinis incedunt exaratae characteribus, eas nunc missas facimus, una excepta, quam ultimo loco exponendam, opportunum, immo necessarium duximus. Opera omnis nostra in iis collocata, quae literis

etruscis supersunt insculptae. Quo id consilio, rogas? ut illis, quas possumus, suppetias afferamas, quas iam dudum viri docti desiderant. Quandoquidem in ea incidimus tempora, in quibus studia haec, non sine magno rei literariae emolumento, non calent dumtaxat, sed fervent omnino, et in melius provehuntur. Nunc, quod propositum est, pro viribus aggrediamur, hoc unum lectore praemonito, quae a dextra ad laevam fragmenta procedunt, ea nos a laeva ad dextram fore exhibituros, quod formarum etruscarum defectu, latinis utendum necessario fuit.

EXERCITATIO I.

In Tabularum primae, et secundae initium ex Dempstero.

Exercitationis hujus pensum intra versiculos septem ultra triginta continetur, qui tales sunt:

1. *Esvnv: phvia: herter: svme*
2. *Vstite: sestentasiarv*
3. *Vrnasiarv : hvntac : uvce : prvmv : pehatv:*
4. *Invc: vctvrv: vrtesuvntis*
5. *Phrater: vstentvta: pvre:*
6. *Phratrv: mersvs: phvst:*
7. *Cvmnacle: invc: vhtvr: uapere*
8. *Cvmnacle: sistv: sacre: vuem: vhtvr*
9. *Teitv: pvntes: tercantvr: invmech: sacre:*
10. *Vuem: vrtas: pvntes: phratrvm: vpetvta:*
11. *Invmech : uia : mersvua : aruamen : etvta*
12. *Erach: pir : pesclv : vretv : sacre : vuem*
13. *Chletra: phertvta: aitvta: aruen : chletram:*

14. *Amparitv: ervch: esvnv: phvtv: chletra: dvplach*

15. *Prvmvm: antentv: invch: bihbera: ententv:*

16. *invch: chavti: pherime: antentv: isvnt: pherehtrv*

17. *Antentv: isvnt: sv: pheraclv: antentv: seples*

18. *Ahesnes: tris: chavti: astintv: pherehtrv: etres: tris*

19. *Ahesnes: astintv: svpheraclv: tvues: ahesnes*

20. *Anstintv: inenech: uvcvmen: esvnvmen: et: ap:*

21. *Uvcv: chvcehes: iepi: persclvmar: caritv: uvce: pir*

22. *ase: antentv: sacre: sevacne: vpetv: ivue: patre*

23. *Prvmv: ampentv: testrv: sesease: phratvsper*

24. *Atiieries: ahtisper: eisuasatis: tvtaper: iivuina*

25. *Trephiper: iivuina: tiblv: sevacni: teitv:*

26. *Invmech: vuem: sevacni: vpetv: pvemvne:*

27. *Pvprice: apentv: tiblv: sevacne: naratv*

28. *Ivca: mersvua: vuicvm: habetv: phratvspe*

29. *Atiierie: ahtisper: eicuasatis: tvtaper*

30. *Iivuina: trephiper: iivuina: sacre:*

31. *Uatra: pherine: pheitv: ervch: aruia: pheitv: vuem*

32. *Peraem: pelsanv: pheitv: ererech: tvua: tephra*

33. *Spantimar: prvsecatv: erech: pervme: pvrtvuitv:*

34. *Strvbla: arueitv: invmech: etrama: spanti: tvua: tephre:*

35. *Prvsecatv: erech: ereblvma: pvempvne: pvprice*

I.

1. *Pvrtvuitv: erarvnt: strvhblas: escamitv auitv*

2. *Invmech: tertiama: sirnti: tria: tephra: prvsecatv.*

Haec nunc Lanzius noster ita reddi posse, arbitratur.

1. *Facturus Hertus supremam*
2. *usturam (festi diei) urnarum*
3. *Sextantariarum, hacce voce primum expiato.*

Sistitur hic, et caetera praeteriens ad finem usque versus 14. iter intermissum sic resumit.

14. . . . . *cratera duplex.*
15. *Primum. imposita. sint. viscera imposita*
16. *Sint. foculo. mobili. Imposita. erunt. ferculo.*
17. *Imposita. erunt. item minori. ferculo. Imposita. erunt. . .*
18. *Ahena. tria. foculo. adstent. ferculo. altera tria*
19. *Ahena. adstent. ferculo. minori. Ahena. duo*
20. *Item. adstent.* . . . . . .
21. . . . .
. . . .
22. *Adole. impositum sacrum. solemne. Deinde.* famino. *Iupiter.*
23. *Primum. propitius. habeas. a. Fratribus*
24. *Atieriatibus: vadatis. pro. tota. Iovina.*
25. *Tribu. pro. Iovina. solemne. tibi. indictum.*

26. *Praeterea. ovem. solemnem.* (*sive hornatinam*) *a. Pastore*

27. *Publico. Habeto. tibi. solemne. nuncupatum.*

28. *Iecora. femora. ovium. habeto: a. Fratribus*

29. *Atieriatibus. vadatis. pro. tota. Iovina. tribu. pro Iovina. sacrum.*

30. *Pulte. farracea. facito. item. larido.*

31. *Item. ove. item. libo. facito. etc.*

Hic gradum sistit Antistes noster, reliqua missa faciens. Atqui fragmentum hoc omne ita continenter reddendum nobis videtur cum apposita opportuna interpunctione, literaeque pressius, quoad fieri potest, insistendo.

Esuno fiat rite suprema
Vstio pro Sextantariis
Vrnis, *hoc verbo primum*: *Piaculum.*
Deinde, *festivae ustioni praepositus*
Frater igne adoleat pure.
Frater lotus esto omnis.
Sus horna hinc elixetur.
Elixa sistatur. Sacram ovem coquito.

Adponitor. Ministri inter haec canant ter
Circa sacram ovem festivam.
Ministri Fratrum post haec
Vna simul ovina abluta exta omnia
Igne adoleant. Pesclo assato, sacram ovem
Olla portatili circum ferant.
Sacerdos Esuno faciat, olla duplici.
Prima coram ostendantur, altera exta includantur.
Protinus ibidem farracea imponantur ferculo.
Imposita statuantur sufferculo.
Coram afferantur sex ahena. Tria adstent
Ferculo. Tria alia adstent sufferculo. Ahena duo
Astent interea, dum ipsum invocabimus Esunum,
Et voce submissa dicatur: Pescli offerumentum.
Voce supplici ignem admoveto. Coram ponito sacrum anni hujus.
Post haec Iovi Patri, ante alios, offeratur, dextra inter se data
A Fratre Atieriate, perfecta (urnarum) *illatione, pro tota Iovina*

Tribu. Iovina tibiam anni illius adponat,
Vna simul, et ovem hornam. Post haec Pomonae
Sua afferatur annua tibia, dicendo:
Iecur ovis purum habeto a Fratre
Atieriate, pro perfecta urnarum *illatione, nomine*
Totius Iovinae Tribus. Iovina sacra
Pulte farracea faciat. Insuper adipe faciat. Ove
Praeterea, libo, faciat. Deinde Tephram honoret.
Viscera prosecentur. Dein omnia porriciantur.
Coxendices advehito simul. Secundis extis Tephram honora.
Prosecentur. Hinc sua Pomonae caena sacra.

RERVM ET VERBORVM EXEGESIS CRITICA.

1. *Esunu.* Dubiae vox potestatis Lanzio, qui tandem pro ἐσσομενος habet. At sine controversia Deitatis nomen est, cui nomen *Esunus*, ut *Esuna*, de qua loco suo dicetur. Dicti uterque ab *edo*, *es*. Et bene res se habet; nam Ethnicorum sacra omnia macellum, et culinam sapiunt.

2. *Phuia. Faciunda*, quasi *fienda*, ut prisci latine dicere amabant. Thema *phuio*, quod Graecis ποιω, facio. Ad rem Sceledrus Plautinus (1):

Quid fuat me, nescio.
Idest: *quid mihi futurum sit.*

(1) Mil. glor. Act. II. Sc. III.

3. *Herter*. Lanzio est nomen personae proprium. Verum ecquid faciant in sacris publicis, perpetuisque nomina personarum propria, nisi aut has velimus cum sacris perpetuis perennare, aut cum his sacra ipsa demum peritura? *Herte* igitur adverbium est, quod Graecis ορθῶς, veteribus latinis *horcte*, idest *recte*, *rite*. Sic in his iisdem Tabulis, *herte*, *et pure* est, *sancte*, *et pure*. De voce hac opportunior deinceps redibit sermo.

4. *Sume*. *Summe* videlicet, quod antiquis mos non fuit, consonas duplicare. Recte igitur Lanzio est *summa*, sive *suprema*, sed dignitatis ordine, non numerali, ut ipse putat, qui vocem hanc pro *extrema*, sive *ultima* semper habet. Ad ambiguitatem vitandam, redde-sis *sollemnis*.

5. *Vstite*. *Vstio*, ustura, ab *urendo*. Vulgo *arrusto*, *arrosto*.

6. *Sestentasiaru*: *urnasiaru*. Urnae, sive vasa sextantaria, sic nuncupata a sexta parte assis, adeoque aequales unciis duabus. Cum igitur urnae hae *plenae* frugum, aut liquidorum afferendae ab Eugubinis ad sacra forent, palam est, Vmbros pro sacris publicis pro sexta fructuum parte fuisse taxatos.

7. *Huntac.* Habeo pro *hacce.*

8. *Prumu. Primo loco.*

9. *Pehatu. Piaculum* a piando, sive ἀπο τοῦ ποιειν, *facere.* Vox liturgica.

10. *Inuc.* Particula connexiva, sive ordinalis frequentissima. Litera: *in hoc.* Rectissime *et, hac, dein*, aut simile aliud, quod magis volupe sit.

11. *Vcturu.* Lanzio est *octavo.* At Eugubinis numerus octonarius est *uhtur*, ut a Lanzio ipso discimus, non *ucturu.* Est itaque *ustura* ab *urendo*, quae Latinis *coctura.*

12. *Vrtesvuntis.* Vox composita ab ἑορτης, quod *festivitas* est, et *vuntis*, a quo sublato digammate, reliquum est *untis*, *euntis*, vel ϝοντος, quod hic sonat *praeeuntis.* Ergo *qui festivitati praeest sacrae.*

13. *Phrater.* Nominandi casus. Gignendi, *phratrus*, fratris.

14. *Vstentuta.* Divide: *ustentu*, *urito*, et τα, *haec.*

15. *Pure.* Expositione non indiget. Sed vocem hanc non raro in sequentibus offendes. Ad *noctes* libenter retulcrim, quae sacris praeibant, quasque idcirco *puras* esse, non *spurcas*, praecipiebatur (1).

---

(1) Plaut. Asin. Act. IV. Sc. I.

16. *Mersus*. Lanzio μηρος, *femur*; vel μερος, *pars*. Est *ablutio* a *mergendo*. De totius corporis ablutione, quae balneo perficitur, videtur accipienda. *Ablutio* strictim est *partis*. Hinc etsi balneo ablutio conficiatur, non tamen ablutio quaevis *balneum* est, quod mersione fit. Versiculi hujus litera est: *Fratris mersio*.

17. *Cumnacle*. Passerio: *sacrificulorum culter*, quod a *clune* pendebat. Lanzio dubitanter *caenaculum*. Diminutivum est vocis *cumiaph*, quae recte Lanzio est *sus inciens*. *Cummacle* igitur erit *parva sus*, sive *horna*, anni nempe illius.

18. *Vhtu. vapere. Coquatur vapere*, pro *vapore*, ut prisci etiam Latini dicebant. Paucis: *uhtur vapere = elixetur*.

19. *Sistu. Sistitor*.

20. *Sacre. Sacram*.

21. *Vuem. Ovem*, quae etiam *avis*. *A* pro V. etruscis minime rara, et e converso.

22. *Teitu. Appone*. A τιθημι.

23. *Puntes*. Quasi ποιαντες. *Facientes*. Habeo pro *ministris sacrorum*. Inde abs eodem themate Romanorum *Pontifex*, qui sacrorum ministris, sive famulis, longe praestabat.

24. *Tercantur*. Optime Lanzius: *ter cani*-

tor. Sic et Fratres Arvales canticum suum ter iterabant.

De numero ternario in ethnicis sacris, cum clamore, seu cantu numina sibi propitia invocantium, satis hic semel ex Virgilio in mentem revocare:

Terque novas circum felix eat hostia fru-
(ges,
Omnis quam chorus, et socii comitentur
(ovantes,
Et Cererem clamore vocent in tecta (1).

Ex quibus satis patet, choro canenti populum accinere consuevisse.

25. *Inumech. Inter haec.*

26. *Vpetuta.* Sub haec- ὑπο ταυτα. Vel *pro*, *ob*, *propter*, ut *upetu.*

27. *Uia.* Habeo pro *viva*, nempe

28. *Mersuva.* A *mergendo*, ut *mersus* n. 16. *Bene lota*, *viva aqua.*

29. *Arvamen*: *etuta.* Divido in: *arvamenetuta. Exta omnia.*

30. *Erac.* Repeto ab *uro*, quasi *urac.* Ergo *erac pir* == *adoleat igne.*

32. *Pesclum.* Vox tabularum sollemnis una

---

(1) Georg. I. v. 345.

et frequentissima. Nihil voci commune arbitror cum *pesco*, partior. A *pede* cum Lanzio probabilius duxerim, ut *pesclum* sit *parvus pes*. Fortasse sic dicti pedes hostiae anteriores, quo distinguerentur a posterioribus qui *clunares* appellati.

32. *Cletra*. A χυτρα, quae est *olla*, cum Lanzio dubitante fidentius arcessam.

33. *Phertuta*. Lanzio est *portatili*, seu *mobili*. Vox composita a φερειν, et *touta*. Litera erit: *ferente haec*, vel *omnia*, olla scilicet.

34. *Aituta*. *Et haec*.

35. *Amparitu*. Imper. mod. Vox composita ex praep. αμφι, *circum*, et αιρεω, tollo. *Circumferto*, in *gyrum agito*.

36. *Eruc*. Mihi idem est, ac *Erus*, Sacerdos a ἱεροῦ..

37. *Antentu*. Imper. mod. Ab *ante*, et *tendo*, quasi *obtendito*, coram ostendito.

38. *Bihbera*. *Viscera*, *exta*. Quasi *vihvera*.

39. *Ententu*. Quasi *intendito*, idest intra lances ponito.

40. *Cavti*. Sic omnino legendum, estque non *foculus*, ut Lanzius coniicit, sed loci adverbium και αυθι, *et ibi*.

41. *Isunt*. *Sunto*, erunt.

*

42. *Pherehetru. Ferculo.*

43. *Su: pheraclu. Sufferculo*, quasi *ferculi* suppedaneo, seu suppedamento.

44. *Seples. Sex*, ut *duplus*, *triplus*.

45. *Ahesnes. Ahena*, *lebetes.*

46. *Tris.* Notissima numeri vox, Italisque omnibus cum Graecis, ut caetera hujus generis, communis.

47. *Astintu. Adstent.* Sed reddere quoque possis *statuantur*, nam antiquitus *adstassent* fuit *statuerunt. Astitui* Plauto est ante *statui*, *constitui.*

Iuben, an non iubes, astitui aulas? patinas elui?

Laridum, atque epulas foveri foculis ferventibus? (1)

48. *Etres: tris. Alia tria.* ἕτερος graece, quod Latinis *alter*, unde *caeter.*

49. *Tues.* Est *dues*, idest *duo.*

50. *Vucumen.* Futurum verbi *invocandi* cum graeca inflexione. *Invocabimus.*

51. *Esunumen. Esunumet*, Esunum ipsum, cui Vmbrorum Deo numquam facit Lanzius, quod nusquam novit.

(1) Capt. Act. IV. Sc. 11.

52. *Et: ap. Et post.*

53. *Uucu: cuches.* Reddo, *voce submissa.* Graece κευθειν, *occultare*, et vulgo nostro *accucciare* est placide accubare.

54. *Iepi*: Imper. mod. *dicatur.* A verbo ἐπω, *dico.*

55. *Persclumar.* A *pesclo* sine dubio, de quo supra commemoratum. Habeo pro offerumento pedum hostiae anteriorum.

56. *Caritu: vuce. Blanda voce*, qualis de Charitum ore expectanda.

57. *Pirase.* Imper. mod. Thema πυροω. Ignem admove, vel potius *cremato.*

58. *Ampentu.* Lanzio: *habeto.* Minus recte. Est ab αμφι circum, vel *ante*, et *pentu* pro *pontu* = *ponito.*

59. *Textru. Dextera.* Olim *dextrus* pro *dexter.* Notum, etruscis T pro D fuisse, qua litera carebant.

60. *Seseasa.* Lanzius: *forte easdem.* Est *inter sese*, quasi *seseapte.*

61. *Sevacne.* Anni huius, sive *hornatinum.*

62. *Phratrusper.* Genit. sing. *A Fratre.*

63. *Ahtisper.* Silet Lanzius de hac voce. Est *actisper*, idest pro *actis*, sive *absolutis*, perfectisque.

64. *Eisvasatis*. Lanzio *vadatis* a *vade*. Rectius a *vasis*, urnis videlicet plenis, quae pro Sextantariarum celebratione erant afferendae. *Eisvasatis* igitur est: *vasis inlatis*, sive inductis.

65. *Trephiper*. *Pro Tribu*, seu nomine Tribus.

66. *Tiblu*. Lanzio: *tibi*. Est *tibia*, seu *crus*. Eubulus Comicus sic lepide Gentiles suos insectatur: Θεοισι τῆν κερκον μονην, κὰι μηρον θυετε? *Diis caudam solam. et ossa spinae adstricta* (ita Sautherius (1) interpretatur) *porrigitis*? Vereor tamen, ut *tiblu* nomine id fuerit Eugubinis, quod Latinis *trippa*.

67. *Puemune*: *puprice*. Iratis prope Diis, Lanzio: *a Pastore publico*. Quid heic faciat *Pastor* hic *publicus*? Atqui *puprice* hic est non *publico*, sed *propria*. *Puemune* autem est ipsissima *Pomona*, quam hic Lanzius minime suboluit. Sed neque subodoratus est vir doctus in titulo hoc Amiternino, qui Aquilae asservatur penes Marchionem Benedictum, et quem ipse refert. Titulus eiusmodi est:

(1) De Sacr. Cap. 20.

MESENE
FLVSARE
POIMVNIE
AT.RNO
AVNOM
HIRETVM

Pomonae ab Aterninis dedicatum mense *Flusare*, qui facile *Aprilis*, quo tempore poma foeta aquis supplicant, et sic reddendum:

Mense Flusare
Pomonae
Aterno
Commune sacrum.

Sacrum quippe est *hiretum* a ἱεροῦ, quod vir summus habuit pro urbe quadam Sabinorum, in quam frustra ciet *Eretum manus* (1). *Aunom* porro, quod et in Cippo Osco-abellano occurrit, est *ad unum*, sive *commune*.

68. *Mersuva uvicum.* Lanzio: *femora ovium.*

---

(1) Virg. Aen. VII. v. 711.

Mihi est *purum*, a mergendo, *ovinum*, et refero ad

69. *Iuca*. Quod cum Lanzio habeo pro *iecinore*, et *mersuva uvicum iuca* reddo: *ovinum*.

70. *Habetu*. *Habeto*.

71. *Vatra pherime*. *Pulte farracea*. Sic Lanzius. Facile ab *adore* deduces, si digamma deleas.

72. *Eruc*. Lanzio: *item*. Propius literae *ex hoc*.

73. *Peraem*. *Praeterea*.

74. *Tuva Tephrae*. *Facito Tephrae*. *Tuva* namque est θυε.

75. *Spantimar*. Extorum omnium offerumentum: nam Graecis σπγαγχανα sunt *viscera*.

76. *Perume*. Quasi *per umne*, *per omne*. Omnia.

77. *Purtuvitu*. *Porrigito*. De *extis* praecipue dicebatur, quas Diis dabant, ut docet Varro (1). Vnde quoque dicta *porca*, quod ea seges frumentum *porricit*.. Hinc proverbium *inter caesa, et porrecta*, quo denotabatur medium tempus inter *caesam victimam*, et *extorum* porrectionem. Quanta in *extis porriciendis* ethni-

(1) De R. R. L. 1. c. 29.

corum superstitio fuerit, vel ex hoc uno Plauti loco colligi potest (1).

Si sacruficem summo Iovi,
Atque in manibus exta teneam, ut porri-
(*ciam,*
Interea loci si lucri quid detur, potius rem
(*divinam deseram.*

78. *Arveitu. Advehito*, adiicito.
79. *Etrama. Altera.*
80. *Erebluma.* Vox composita : ἱερος βλωμος, sacra buccella. Vel si mavelis, ἱερον βρῶμα, sacra dapes debita Pomonae, cui post Esunum, et Tephram, altera mensa, idest secunda, apponitur. Fructus enim secundarum mensarum proprii sunt, quos carnes praecedunt priorum mensarum, quibus Esunus cum Tephra, Dea nutritionis, opportunius praeerant.

Licet nunc ex dictis totius fragmenti in unum paucis complecti argumentum cum apposita literalis versionis periphrasi latina, eo consilio, ut etrusci fragmenti sapor, quoad fieri potest, latino quam proxime accedat. Quod et eruditis

(1) Mercat. Act. 1. Sc. III.

non iniucundum fore, arbitramur, et iis necessarium, qui omnia legere potius, quam perlegere amant.

Fragmenti primi argumentum.

Vota annua pro Tribu Iovia. Vstura sollemnis. Esuni sacra cum ritibus suis. A Frate Ateriate, praecipui honoris ergo, omnia Iovi Patri apponenda, totius lovinae Tribus nomine, pro Sextantarium plenarum sollemni inlatione. Honos habendus Tephrae, quam ex nomine suo iure merito dicas Deam alimentariam. *Sacrum postremum Pomonae.*

Periphrasis.

Esuno rite faciunda ustio sollemnis pro Vr-
(nis Sextantariis.
Initium hoc verbo. Piaculum.
Frater festivae praepositus ustioni ignem san-
(cte admoveat.
Frater mundus omnis esto.
Sus horda elixetur. Horda iam sacra sistatur.
Igne ovem adoleto. Appoitor.
Ministri haec inter ter canunto sacram ovem
(festivam.

Fratrum post haec Ministri limpida aqua de-
(tersa
Exta omnia igne adoleant.
Pedes assato anteriores. Ovis sacra lance af-
(feratur
Cum extis omnibus.
Lanx per gyrum affertor. Dicitor: Esuno hoc
(factum.
Lance duplici : altera palam commostrentur;
(in altera reponantur exta.
Eodem loci farracea coram sint exposita.
Ferculum palam , sufferculum palam, sit po-
(situm.
Ahena sex. Tria statuantur pro ferculo:
Tria alia pro sufferculo.
Duo adstent ahena , dum Esunum invocabi-
(mus ,
Demissaque voce dicamus : pedum offerumen-
(tum.
Uoce item blanda ignem admoveto sacro an-
(ni hujus coram posito.
Iovi deinde Patri primum coram sistatur, datis
(inter sese dextris,
A Fratre Ateriate pro absoluta urnarum illa-
(tione,
Totius Iovinae Tribus nomine. Iovina exta
(apponat annua ,

Vna et ovem anni ejusdem.
Pomonae dein sua afferantur exta anni huius
(his verbis :
Ovis iecinur purum habe a Fratre Ateriate,
(pro
Absoluta urnarum illatione, nomine totius Io-
(vinae Tribus.
Iovina , sacra pulte farrea faciat. Adipe faciat.
Ove ad haec, libo, faciat. Tephrae immolato.
Exta prosecentur. Omnia porrigantur.
Coxendix advehitor. Alteris extis Tephrae ho-
(norem praebe.
Prosecentur. Pomonae exhinc sua esto dapes
(sacra.

Supersunt versiculi duo seorsum ab his a Lanzio relati, de quibus tamen silet, et qui fortasse sic reddendi.

Porrectae sunto coxendices ad comedendum
(Agninae
Inter has tertiae sunto. Tres omnes Tephrae
(prosecato.

Vox *sirnti*, quae nusquam alibi occurrit, falsa manifestarie videtur, et recudenda *sinti*, a

quo sublata ultima *i* redundante, reliquum erit: *sint*. Sed de his iam satis, hoc monuisse contenti, vocem *escamitu* redditam esse *ad comedendum*, quod in ea *escae* thema evidens est. Notandum, in Tab. Eugub. *ignem* a Fratre Ateriate pro *sacris* accendi consuevisse.

EXERCITATIO II.

In Tab. III. Dempsterianae principium.

Quod in versiculo ultimo tabulae praecedentis legitur *tertiama*, inde colligit Lanzius, fragmentum primo loco a Dempstero positum revera alterum fuisse a primo, quod desideratur. Sed fallitur in hoc vir prudens. Nam vox *tertiama*, non ad tabulam est referenda, sed ad *coxendices*, quae erant *Tephrae* prosecandae. Nunc, quod instat, agamus. Fragmentum hoc omnium brevissimum, quod intra versiculos sexdecim, non amplius, continetur. Sed eos prae se fert nodos rebus non minus, quam verbis, ut illi vel longiora loco facile cedant. Est autem tale:

1. Esuc: Phrater: Atieriur:
2. Eitipes: plenasier: urnasier: uhtretie
3. K. T. Castrubiie: arphertur: pisi: pulpe:
4. Phust: eicvasese: Atiierier: ere: ri: Esune:
5. Curaia: Prehabia: pire: uracu: ri: Esuna:
6. Si: herte: et: pure: Esune: sis: sacrev:
7. Peracneu: Vpetu: revestu: pure: Terte:
8. Eru: elantur: hrte: et: pihaclu: pune:
9. Tribpribu: phuiestu: Acrutu: revestu:
10. Elantu: herte: Arphertur: pisi: pulpe
11. Phust: Erec: Esunescu: vepurus: phersva:
12. Arputrati: Phratru: Atiieriu: Prehubia:
13. Et: Nurpener: prever: Pusti: Castruvuph:
14. Phrater: Atiieriu: esu: eitipes: plenasier:
15. Vrnasier: uhiretie: K: T: Cluvier: culnah
16. cle: Atiierierucre: eicvasese: Atiierier:

Qui fragmentum hoc cum priore accurate conferat, alterius dialectum pene ab alio diversam omnino censebit. Quid, quod nec ipsa sui constans ἡ ορθογραφια est, et perpetua? *Sic herte et hrte*; *elantur*, *et elantu*; *phust*, *et phuiest*; *Atiieriur*, *et Atiieriu*. Quid nunc ad haec Lanzius noster, audiamus:

1. Fratribus Ateriatibus 2. Ibid. urnarum plenarum XVIII.

3. Kal. Decembres. Oppidum Uubium. Adlatum populo

4. Esto. convenire. Ateriates. . . 5. Curia. praebeat. ignem perurentem . . . . 6. rite et pure. . . . . . sacro. 7. annali. Huius. rei. ergo. vestes. pure ter. 8. gantur. abluantur. rite. et piaculum. 9. Deinceps. tribulibus. fiet. ejus. rei. ergo. vestes 10. abluantur. rite. Adlatum. populo 11. esto . . . . . . vel frumenta, vel sues. 12. arbitratu. Fratrum. Atieratium. praebeat 13. Id. Noembr. . . . . ad. Oppidum. 14. Fratribus. Atieratibus. Idibus. plenarum 15. urnarum. XVIII. Kal. Dec. etc.

Haec Lanzius; et nisi stomachus male habet, cruda nimis pleraque. Vtinam

Dî nobis meliora duint!

At pudore semel exuto, audendum est deinceps. Sic itaque per nos haec eadem.

Exhinc Frater Atierias,

Indictis urnis plenis, octavo

Kal. Dec. pro Castro Vbio, in medium prodeat Tribus populi.

Licet iam vasa inferre. Atierias sacrum faciat Esuno.

Curialis Antistita igne adoleto Esunae.
Sit recte, et pure. Esuno sus sacretur anni hujus.
Post haec: altera induitor veste. Pure, et ter
Sacerdos abluitor. Recte et piaculum
Pro Tribulibus factum. Postremo veste altera
Bene lota in medium prodeat universi populi.
Dehinc: Esunicam caenam vapefactam afferat,
Arbitratu Fratrum Atieratium, Antistita,
Et Penuaria eius. Post pro Castro Vbio
Frater Atierias diem indicat plenarum
Vrnarum VIII. Kal. Dec. Expiato suem
Hornam Atierias. Denique vasa excipiat Atierias.

RERVM ET VERBORVM EXEGESIS CRITICA.

1. *Ėsuc. Ex hoc, posthac.*

2. *Eitipes.* Lanzio *idibus.* Turbat omnia hic vir prudentissimus. Nam si de Idibus ageretur, subiiciendus sine mora mensis fuerat, ad quem *Idus* istae fuerant referendae. At protinus subditur : *Vrnarum plenarum.* Quaenam nunc *Idus* hae inauditae *Vrnarum plenarum?* Vocem repeto ab ἐνεπειν, quod est *alloqui*, *indicere.* Ergo *eitipe* est *edictum*, vel *indictio* sacri pro *urnis plenis.*

2. *Uhtretie.* Lanzio XVIII. Vox composita ex *uhtre*, seu *uhtur*, quod ipsi Lanzio est VIII et *tie*, idest *die.* Est igitur VIII. non XVIII. Kal. Decembr.

3. *Pisi: pulpe.* Pro *pisi puple.* Si vocem arcessas α πας, *omnis*, erit : *omnibus populo*, idque Grammatici iure tuebuntur nominum, quae *collectiva* appellant. Sed nihil his opus. In aere namque Castrano saepius observatum, vocem

Pis stare recte posse pro *Tribu*, quae pars est populi eiusdem. Ergo *pisi pulpe* erit: *Tribui populi Castro-Vbiani.*

4. *Eisvasese.* Quasi *invasare*, h. e. *vasa inferre.* Vid. Exerc. prioris exegesim n. 64. Et ita porro, si quando voces occurrant, de quibus ante disputatum.

5. *Ere: ri.* Voces duae Lanzio, qui *Ri* habet pro *Di.* Mihi *ereri* vox una, estque ἱερατευσι, *sacra faciet.*

6. *Curaia. Curionia* vel *Curialis.* Festo docente, *sacra Curionia erant, quae in Curiis fiebant.*

7. *Prehabia*, et *Prehubia.* Lanzius repetit a *praehibendo*, sive *praebendo*, et *ancillis penuariis* accenset. Mihi est *Antistita* a *praehabendo.* Nam de *penuaria ancilla* paullo post.

8. *Vracru: ri.* Mihi vox una mod. imper. estque *comburito* ab *urendo.*

9. *Esuna. Esunae* Deae, cui Lanzius non facit. Dandi casus graeca cum desinentia.

10. *Si.* Adde *t* suppressam. *Sit*, *esto.*

11. *Sacreu.* Imper. mod. *Sacretur*, nempe *sis*, *sus.*

12. *Revestu.* Alteram induat vestem. Quae, et quam superstiosa sacrificantium mundities tum

vestitus, tum corporis totius, manuum praecipue, fuerit, supervacaneum est dicere.

13. *Terte. Et ter.* Nam τε Vmbris, ut Graecis, enclitica.

14. *Elantur*, et paullo post *elantu. Eluatur*, *abluitor.* Lotio haec alia habenda ab ea est, quae supra dicta *mersus.*

15. *Pihaclu*, et *pehatu. Piaculum.* De sacro nempe agitur *piaculari*, sive *expiatorio.*

16. *Pune. Pane.* Non recte Lanzius: *pone* sibimet minime constans.

17. *Tribripu. Tribulibus.*

18. *Phuiest. Factum esto.*

19. *Acrutu. Postremo.* Αχροτης enim Graecis *summitas* est, seu *finis* rei cuiusque.

20. *Esunescu. Esuni esca*, seu cibus.

21. *Vepurus.* Supra *vapere.* A *vapendo.* Itaque *vapefactus*, *calens.*

22. *Phersva.* Lanzio: *frumenta*, vel *sues.* Temere. Est *afferto* a *ferendo*, ut *mersuva* a *mergendo.*

23. *Prehubia.* Quae pullo supra *Prehabia*, et quam non recte hic Lanzius reddit: *praebeat.*

24. Et *Nurpener.* Corripe penultimam. Lanzio: *Id. Noembr.* Apage utrumque. Nam prior vox

est coniunctio, *et*; et *nurpener* est *ancilla penuaria*. Vocis elementa τὸ νοειν, *cogitare*, *curare*, et vox notissima *penus*. Graece πένης, qui labore victum quaerit.

25. *Prever*. *Privatus*, proprius. Priscis latinis *preveres* privatae mulieres.

27. *Esu*. Lanzio εσσομενος. Redde: *esto*, *adesto*.

28. *Cluvier*. *Cluere antiqui purgare dicebant*. Plin. (1).

29. *Culnahle*. Idem ac *Cumnacle*, de qua superius satis dictum.

Fragmenti argumentum.

Finis est tabulae alterius, cuius antecedentia desunt. Veterum votorum solutio, et novorum nuncupatio ad diem VIII. Kal. Decembres pro Tribu Castro-Vbii. Esuni, et Esunae sacra. Caenae apparatio.

Periphrasis.

Exhinc Frater Atierias,
Indicta urnarum plenarum die VIII. Kal. De-
(cembris,

(1) Lib. XV. 29.

Pro Castro Vbio in medium se prodat. Fas
(Tribui, urnas inferre.
Aterias faciat Esuno. Curialis Antistita igne
(adoleat Esunae.
Sit recte, sancteque. Esuno sus horna sacretur.
Altera deinde veste pura induatur Sacerdos,
(terque lota.
Piaculum et supremum pane rite fiat pro Tri-
(bulibus.
Denique veste altera rite abluta coram se det
Tribui populi.
Hinc Esunicam caenam calentem afferat,
Arbitratu Fratrum Atieriatium,
Antistita, et Penuaria eius.
Post Castro-Vbii Frater Atierias diem indicat
Vrnarum plenarum VIII. Kal. Dec.
Suem hornam expiato Atierias.
Denique vasa recipiat Atierias.

EXERCITATIO III.

In Tabulae Dempsterianae fragmentum IV.

1. Este: Pesclum: aves: ancheriates: enetu:
2. Pernaies: pusnaes: preveres: treplanes:
3. Iuve: Crapuvi: Trebuph: phetu: arviau-
(stentu:

4. Valuvapherine: pheitu: heriesvinu: heripuni
5. Vcriper: phisiu: tutaper: Icuvina: Pheitu:
(sevum
6. Cuteph: pesnimuarepes arves:
7. Pusveres: treplanes: trephsiph: cumiaph:
(pheitu
8. Trebe: Iuvie: ucriper: phisiu: tutaper: I-
(cuvina:
9. Supasumtu: arviaustentu: punipheitu:
10. Cutephpesnimi: areparvies:
11. Preveres: tesenaces: Trebuph: phetu: Mar-
(te: Crapuve
12. Phetu: ucripe: phisiu: tutaper: Icuvina:
(arviu: ustentu
13. Vatuvapherine: phetu: puniphetu: cuteph:
(pesnimu: arpes
14. arves:
15. Pusveres: tesenaces: Treph: siph: pheliuph:
(phetu:
16. Phisesabi: Vcriper: phisiu: tutaper: Icuvina:
17. Puni: phetu: upa: sumtu: arviu: ustentu:
(mepha
18. Vestiba: ustetu: Phiiuvi: Phetu: ucriper:
(phisiu: Phetu:
19. Capir: purtitaph: sacreph: etraph: purti-
(taph: etraph:

20. Sacreph: tutaper: Icuvina: cuteph: perni-
(mu: arepes: arves:
21. Preveres: Vehiies: treph: buph: caleruph:
(Phetu: Uuphiune:
22. Crapuvi: Vcriper: phisiu: tutaper: Icuvina:
23. Uatuva: pherine: phetu: heri: vinu: heri:
(puni :
24. Arvia: ustentu: cuteph: pesnimu: arepes:
(arves:
25. Pusveres: vehiies: treph: Hapinaph: phe-
(tu: Tephre: Iuvie:
26. Vcriper: phisiu: tutaper: Icuvina: Puste:
(asiane: phetu: Chereph: phetu:
27. Pelsana: phetu: arvia: ustentu: puniphe-
(tu: Tabech: pesnim
28. u: ariper: arvis: Api: habina: purtiius.

Haec omnia ita Lanzius reddit:

Ad pesclum. victimae. aseriatis poriciendum adponito

Pernas posticas eius

Ante verres (*fort.*) trinos immolandos

Iovi. Crabovio. bubus. tribus. facito. larido. asso.

Pulte farracea. facito. sacro. vino. sacro. pane:

Sacrificium. pro. tota. Tribu. (*item*) sebo. facito.

Prosicie. e. *persnimo.* et. adipe. viscerum.

Post. verres. *fort.* trinos. immolatos. tribus. scrofis. incientibus. facito.

Tribui. Ioviae: sacrificium. pro. tota. Tribu. Icuvina.

Postea. larido. asso. et. pane. facito.

Prosicie. e. *persnimo.* adipe. viscerum.

Ante. verres. *fort.* denos. immolandos. bubus. tribus. Marti. Crabovio.

Facito. sacrificium. pro. tota. tribu. I cuvina. larido.

Asso. pulte. farrea. facito. pane. facito.

Prosicie. e. *persnimo.* adipe. viscerum.

Post. verres. *fort.* denos. immolatos. tribus. porcellis. lactentibus. facito.

Filio. Sabi. sacrificium. pro. tota. Tribu. Icuvina.

Pane. facito. Post. ea. larido. asso (*item*) femore (*item*)

Pede. asso. Filio. Iovis. facito. Sacrificii ritu. facito.

Et. post. supplicamenta. sacra. alteris. supplicamentis. alteris.

Sacris. pro. tota. Tribu. Icuvina. (item) *prosectis.* e. *persnimus.* et. adipe. viscerum.

Ante. verres. *fort.* *vicenos.* immolandos tribus vitulis. lactentibus. facito. Baccho.

Crabovio. sacrificium. pro. tota. Tribu. Icuvina.

Pulte. farrea. facito. vino. sacro. pane. sacro. Larido. asso. prosicie. e. *persnimo.* adipe. viscerum.

Post verres. *fort.* vicenos. ovibus. puris. III. facito. Tephri. Ioviac.

Sacrificium. pro. tota. Tribu. Icuvina. Potione. assirata. facito. Seminibus. frugum. facito. Libo Facito. larido. asso. pane. facito. Item. prosectis. e. *persnimo.*

Et. adipe. viscerum. Post. oves. porrectas. etc.

Ita Lanzius. Nobis sic:

Adeste. Pesclum, oves iam paratae. Ad haec:
Pernae posticae ipsarum tres.
Iovi Crabovio tribus bobus facito. Larido asso,
Pulte farrea facito. Sacro vino, sacro pane
Demum facito. Pro tota Icuvina facito sebo,
Cute pernarum, adipe viscerum.
Post sues mares ternos, triplici sue forda facito.
Tribus Iovia postremo faciat pro tota Icuvina.
Super addito larido asso, pane facito,
Cute pernarum, adipe viscerum,
Proprio, tenaci. Tribus bubus facito Marti Crabovio.

Facito denique sacrum pro tota Icuvina larido asso,

Pulte farrea. Facito pane. Facito cute pernarum,

Adipe viscerum.

Post sues semicoctos, tribus porcellis lactentibus facito

Filio Sabi. Ultimum sacrum pro tota Icuvina.

Pane facito. Supposito larido asso,

Medium crus assato. Filio Iovis facito. Pro supremo sacro facito.

Cape porrecta sacra prima: porrecta item altera

Sacra pro tota Icuvina, cutem pernarum, adipem extorum

Proprium. Adducantur vituli tres lactentes. Facito Baccho

Crabovio. Ultimum sacrum pro tota Icuvina.

Pulte farrea facito, sacro vino, sacro pane,

Larido asso, cute pernarum, adipe extorum.

Post verres, advehes agnas tres. Facito Tephrae Ioviae.

Postremum sacrum pro tota Icuvina. Post asirato facito. Cereri facito.

Libo facito. Larido asso, pane facito. Post haec pernarum

Adipe, extis. Denique agnina porriciantur.

RERVM ET VERBORVM EXEGESIS CRITICA.

1. *Este. Adeste.* Adhortandi formula notissima. Si cui forte placeat magis *comedite*, et huic assentiar, cum macellum inter, et culinam versemur, quae sacrorum gentilium alpha et omega.

2. *Pesclum.* Lanzius habet pro *femore cum tibia*, *et pede*, quod Graecis σκέλος. Si vocis ἔτυμον spectes, *pesclum* est *pesculum*, sive *pediculus*, *parvus pes.* Hoc fortasse nomine designati hostiae *pedes anteriores*, qui prae *posticis* minores habebantur, ut supra est observatum.

3. *Aves. Uves.* Latinis *oves. Avillae*, Festo docente, *agnae recentis partus.*

4. *Ancheriates.* Lanzio; *aseriatis.* Sed haeret, utrum vocis origo sit ἀπο τοῦ αυσεριασται quod ad *cocturam* ait referri, an ἀπο τῆς ξηρης, quod *semen* est, vel *aridum.* Sed nihil est *frugibus aridis* cum hoc loco commune. Faveo id·

circo coniecturae priori, et vocis thema facile fuit ξεραινω, *arefacio*, quod carnes, assandae in primis, igne magis exsiccantur.

5. *Enetu*. Lanzio: *adponito*. Mihi est adverbium. ἐν τὸ : *ad hoc*, vel *in hoc*.

6. *Pernaies*. *Pernae* Lanzio. Plaudo. Est autem *perna* hostiae *femur posticum*, ita nuncupatum a *pernae* forma, cuius rotunditatem videtur imitari. *Perna* aliud a *petasunculo*, de quo loco suo opportunius.

7. *Pusnaes*. *Posticae*. Quasi *post anum*.

8. *Preveres*. Lanzius: fort. *ante verres*. Mihi *preveres*, correpta penultima, est *priveres*, *privatae*. Sic Paulus *priveras* = *privatas mulieres*. Pernae igitur hostiarum suaemet ipsarum esse debebant. Facit huc illud Homeri (1):

Μερους τ' εξετάμον, κατα τε κνισση εκαλυψαν

Femora disciderunt, suoque *adipe contexerunt*.

9. *Treplanes*. *Ternae*, vel tres. Numerus in sacris Eugubinis sollemnis.

10. *Cuteph*. Lanzio: *quod ex*. Contra reclamat spiritus cum litera. Est enim *cutis*.

11. *Pesnimu*. Nusquam fere in Tabulis vo-

(1) Il. A. v. 460.

cem hanc incurras, quae loco suo stet. Legas enim et *pesninu*, et *persnimu*, et *persnihmu*. Vocis thema est *perna*; et *pesnimu* est pernarum in unum oblatio.

12. *Pusveres*. Produc penultimam, et recte cum Lanzio: *post verres*.

13. *Cumiaph*. Sus *forda*, sive *inciens*. *Fordicidia* dictae dies, in quibus *fordae* immolabantur. Εγκιος Graecis est *sus inciens*.

14. *Supasumtu*. Lanzio: *sub haec*, *postea*. Litera clamat: *supra sumptu*. Ergo *addito*, *adiecto*.

15. *Tesenaces*. Lanzio: fort. *denos*, et refert ad vocem antecedentem *preveres*, quam reddit *ante verres*. Atqui hic est *preveres*, de quo dictum, non *presveres*. Quod si esset, iam *verres*, qui paulo ante *tres* fuerant constituti, nunc *deni* evaderent. *Tesenaces* igitur est *tenaces*, sive *semicoctos*. Ad rem Arnobius (1): *saporum varietas quaeritur*, *ut modo his assa*, *modo cruda ponantur*, *semicocta modo*, *et semicruda*. Superlat. *Tenacis est pertinax*. He. *Tenax-ne pater ejus est?* Ph. *Immo edepol pertinax* (2).

---

(1) Lib. VII. Cap. 25.

(2) Captiv. Act. 2. Sc. II.

16. *Pheliuph.* Optime Lanzius: *lactentibus.* Nam antiquitus *fellare* fuit *lac sugere.*

17. *Vpasumptu.* Lanzio: *postea.* Mihi verbum est in imp. modum. Litera est : *subsumptu*, ut paullo ante *supasumtu*, hujus oppositum. Fortasse utraq. vox eadem est, quod nihil incommodat.

18. *Phisesabi. Filio Sabi.* Idest *Sanco*, ut scite Lanzius.

19. *Mepha.* Lanzio : *femora.* Mihi est *media*, ut in Cip. Osc. abel.

20. *Capir.* Lanzio: *et post.* Cur non *cape?* In mentem venit illud Aeneae ad Patrem Anchisem :

Tu, genitor, cape sacra manu (1).

Caeterum cum πειρας, vel περας sit *finis*, *capir* stare poterit pro καὶ πειρ. id. *deinde*, *post*, aliove simili, quod sensui nihil officit.

21. *Purtitaph. Porrecta.* A *porrigendo.* Hinc nostrum : *portata.*

22. *Vestiba. Tibia*, *crus.* Habeo pro *tibia* posteriore.

(1) Aen. Lib. II. v. 717.

23. *Uuphiune. Bacco.* Optime Lanzius: *Heboni*, quod Bacchi nomen apud Campanos.

24. *Vehiies.* Non bene Lanzio: *vicenos.* Est: *vehes*, *advehes.*

25. *Hapinaph. Hapina, abina:* Agnina, ab *ove.* Igitur *agnas*, vel ovillas.

26. *Tabex.* Recte Lanzius: τὰ ἐξ : *post.*

27. *Vcriper. phisiu.* Mihi est : *ultimo facito*, et *ocrifisie*, quod Lanzio est *sacrificio*, mihi est : *ultimum sacrum.*

28. *Chereph.* Lanzio : *fruges aridae.* Immo *Ceres*, frugum parens, cui in Fragmento alter ab *Hebone* locus assignatur.

29. *Asiane. Assir*, sanguis. *Asiratum* : potio ex vino, et sanguine temperata.

Fragmenti argumentum.

Sacra pro Tribu Iovia. Ad caenam sacram invitatio. Sacra facienda Marti Crabovic, Heboni Crabovio. Iovi Crabovio, Sanco, Tephrae Ioviae, Cereri.

Periphrasis.

Adeste. Crura, oves iam parata. Cum his
Pernae harum posticae tres.
Iovi Crabovio facito bobus tribus. Larido asso,
Pulte farrea facito. Sacro vino, pane sacro.
Dein facito pro tota Icuvina. Facito sebo,
Cute pernarum, adipe extorum.
Post sues ternos, tribus fordis facito.
Tribus Iovia demum faciat pro Icuvina tota.
Super addito larido liquente, pane facito,
Cute pernarum, adipe extorum suo tenaci.
Facito bobus tribus Marti Crabovio.
Sacrum denique facito
Pro tota Icuvina, larido asso, pulte farrea.
Facito pane. Facito cute pernarum, adipe ex-
(torum
Post sues semicoctos,
Facito Sanco porcellis tribus lactentibus.
Sacrum postremum pro Icuvina tota.
Pane facito, supposito larido liquente.
Dimidium cruris assato. Sanco facito.
Esto hoc sacrum supremum.
Cape sacra porrecta prima: cape sacra porre-
(cta altera,
Nomine Icuvinae totius.

Cutem pernarum , adipem extorum proprium.
Advehantur vituli tres lactentes. Facito Bac-
(cho Crabovio.
Esto sacrum postremum pro Icuvina tota.
Pulte farrea , pane facito sacro , sacro vino,
Larido liquato , cute pernarum , adipe exto-
(rum.
Post sues mares , advehito agnas tres. Facito
(Trephae Ioviae.
Extremum esto sacrum pro tota Icuvina.
Facito dein vino , et sanguine. Facito Cereri.
Libo facito, larido liquato , pane facito. Ad
(haec:
Pernarum adipe , extis. Agnina demum por-
(rigantur.

EXERCITATIO IV.

In Tabulae IV. fragmentum.

1. Uucucum: Iuviu: Pune: uveph. phurphath: treph: vitluph: turuph:

2. Marte: hurie; phetu: pupluper: tutas: Iiuvinas: tutaper Icuvina:

3. Vatuva: pherine: phetu: puni: phetu: arvia: ustentu: cutep: pesnimu:

4. Arepes: arves: Uucucum: Cureties: treph: vitluph: turup: Huntebe:

5. phi: pheitu: pupluper: tutas: Iiuvinas: tutaper: Icuvina: Vatuva:

6. Pherinephetuarvia: ustentu: tenchitim: Arveitu: heris: vinu: heris:

7. Pune: Pheitu: cuteph: persnimu: aripes: arvis:

Desunt versus septemdecim.

24. Phuntlcre: triph: apruph: ruphru: Vte: peiu: phei: tu: Berphe: Marti:

25. Vatuva: pherime: phetu: arviu: ustentu: Puni: pheiu

26. *t.* abech: pesnimu: arepe: arves:

27. Rupinie: E: tre: purca: ruphr: ute: peia: phetu: Prestate:

28. Berphie: Berphe: Marties: Peraia: pheitu: arviu: ustentu:

29. Capi: sacra: aitu: vesclu: vetu: atru: alphu: Puni: phetu:

30. Tabech: pesnimu: arepes: arves:

31. Tra: sate: treph: vitlaph: pheitu: Tuse: Berphie: Berphe: Marteis:

32. Peraia: phetu: arviu: ustetu: Puni: phetu: Tabech: pesnimu:

33. Arepes: arves: punc: purtinbus: caretu: ruphe: apruph:

34. Phacurent: puche: Erus: tera: ape: Erus: terust: pustra:

35. Cupiphiatu: rupiname: Erus: tera: ene: tra: sahta: cupiphiaia:

36. Erus: tera: ene: rupiname: Pustru: cuvertu: ant: acre:

37. Cuniate: pesnimu: Enu: capi: sacra: aitu: vesclu: vetu:

38. Enu: satame: cuvertu: ant: acre: cuniate: pesnimu: Enu: Esunu:

39. Purtuitu: phust:

Haec ita Lanzius noster.

1. . . . . . post. oves. mola. conspersas. tres. vitulos. tauros.

2. Marti. Terminali. facito. pro. populo. totius. Iovinae. tribus. tota. pro. Icuvina. Tribu.

3. Pultem. farraceam. facito. panes. facito. laridum. assum. prosiciem. e. *persnimo.*

4. Adipes. viscerum. . . . . . *Corae.* Diae. tribus. vitulis. tauris. ibidem. facito.

5. Pro. populo. totius. Iovinae. tribus. tota. pro. Iovina. tribu. pultem.

6. Farraceam. facito. laridum. dense. assum. vinum. sacrum.

7. Panes. sacros. facito. Prosiciem. e. *persnimo.* adipes. viscerum.

Caetera missa facit ad v. usque

24. . . . Tres. verres. robeos. opimos. facito. Marti.

25. Pultem. farraceam. facito. laridum. assum. panes. facito.

26. Prosecta. e. persnimo. adipes. viscerum.

27. . . . . Tres. scrofas. rubeas. opimas. facito. Praestiti. Serviae.

28. Servii. Martis. Item. facito. laridum. assum.

29. . . . . consecrato. votam. frugem. adorem. farinam. triticeam. panes. facito.

30. Addito prosecta. e. persnimo. adipes. viscerum.

31. . . . . Tres. buculas. facito. *Tuse.* Serviae. Servii. Martis.

32. Praeterea. facito. laridum. assum. facito. panes. prosiciem. e. *persnimo.*

33. *et.* adipes. viscerum. Post. porrectum. sacrem.

34. Facient. sacre. *herus.* Dirsa. Deinde. *herus.* Dirsans. Post. haec.

35: Adoleto. triticeam. farinam. *herus.* Dirsa. ad. tria. sata. adoleto.

36. *herus*. Dirsa. tantum. farinam. triticeam. Deinde. quartum. (satum) cum . . . adorea. e

37. persnimo , etc.

Haec vir doctus, et pace sua, pleraque aut indigesta prorsus, aut semicruda. Dii meliora nobis, aut certe minus improspera! Age, periclitemur impendia nostra.

Invocatio Iovis. Pane, ove mola conspersa, tribus vitulis tauris,

Marti montano facito pro populo totius Iovinae. Pro tota Icuvina

Pulte farrea facito. Pane facito, larido liquente, cute pernarum,

Adipe extorum. Invocatio Quirini. Tribus vitulis tauris ibidem

Facito pro populo totius Iovinae. Pro tota Icuvina, pulte

Farrea facito, larido asso denso. Addito sacrum vinum, sacrum

Panem. Facito cute pernarum, adipe extorum. . . . . ut piaculum . . . .

Fonti-liri terno sue rufro, facito. Faciat Berphe Marti.

Pulte farrea facito. Larido liquato. Pane facito.

Ad haec: pernis, adipe extorum,

Tritico puro, altera porca rufra, ut piaculum faciat Praestita

Berphia Berphe Martis. Praeterea faciat larido liquato.

Dein consecrato fruges veteres, ador, triticum. Pane facito.

Ad haec: pernas, adipem extorum,

Tria sata. Tribus vitulabus facito. Honos detur Berphiae Berphae Martis.

Praeterea facito larido liquato. Pane facito. Post haec: pernis,

Adipe extorum, pane, porrectis, capite

Rubei suis faciundum curent diligenter. Sacerdos curato. Sacerdos curet post

Triticum adolendum. Sacerdos curet una tria sata igne adoleri.

Sacerdos curato una triticum purum. Post quartam (partem) cum sacro

Lactenti sumine, pernis; una conscrato fruges veteres,

Vna et sati quartam cum sacro lactenti sumine, pernis, uni et Esuno

Porriciantur.

RERVM ET VERBORVM EXEGESIS CRITICA.

1. *Vucucum*. A *vuce*, voce. *Invocatio*. Nempe

2. *Iuvei*. *Iovis*.

3. *Pune*. Lanz. *post*. Redde : *pane*.

4. *Phurphurath*. Optime Lanzius: *furfurata*, idest *mola conspersa*, unde *immolare*.

5. *Cureties*. Lanzio: *Corae Diae*. At quo iure sacrorum facias Deae *vitulis tribus tauris*, ut hic praecipitur? Mihi est *Quirinus*, quo nomine Romulus insignitus post foedus ictum cum Sabinis, quorum in tabulis crebra mentio.

7. *Huntebephi*. Recte Lanzius: *ibidem*. Quasi *hunt*, hoc, et *ephi*, *ibi*, quod et ab ἐπι arcessere queas.

8. *Tenchitim*. Lanzio: *dense*. Optime. Sic et *tesenaces* ab eodem themate *tenaces*.

9. *Phuntlere*. Nihil statuo, cum desint antecedentia. Valde tamen probabile arbitror, de *sacris* hic *fontinalibus* agi. Ecquem enim latet, *fontibus* sua non defuisse sacra? Hinc vox

composita videtur e *phuntl*, *fonte*, et *ere*, quod est *sacrum*.

10. *Vte*. Mihi hic stare videtur, pro *ut*, vel *quo*.

11. *Peiu*. *pheitu*. Lanzio: *opimos*. Si *peiu* est a ποιῶ, facio, *peiu pheitu* videtur esse: *facienda faciat*, vel *faciens faciat*.

12. *Berphe*. Nomen videtur dignitatis sacrae ab una Martis comitum mutuatum, quod fortasse repetitum, honoris causa in vocibus *Berphie Berphe*.

13. *Rupinie*. Quasi *purinie*. *Triticum purum*.

14. *Etre purca*. *Altera sue*.

15. *Praestate*. Lanzio *praestiti*. Mihi est *Praestita*, dignitatis nomen, illius proprium, quae praeerat ancillis, sive comitibus caeteris Martis.

16. *Sacra*: *aitu*. Lanzio una vox: *consacrato*.

17. *Tuse*. Nihil Lanzius. Est a θυειν. Honorem da.

18. *Tra*. *sata*. *Tria sata*. *Satum* mensurae genus pro aridis.

19. *Purtinbus*. *Porrectis*.

20. *Caretu*. Lanzio: *sacrem*. Mihi est: *capite*. Nam Καρη, et καρήτος: *caput*.

21. *Puphe.* Cor. *Ruphe. Robei.*

22. *Phacurent. Faciant.*

23. *Puche.* Lanzio: *sacre.* Reddo: *accurate*, *diligenter*, quod est Graecis πυκα.

24. *Tera: ape.* Male Lanzio: *Dirsa. deinde.* Est a τερειν. *Curato.* Hinc.

25. *Terust*, quod Lanzio *Dirsans*, reddo ab eodem themate: *curatum est.* Sed de binis his vocibus, quae Lanzio mirifice imposuerunt, alibi opportunius deinceps.

26. *Cupiphiatu.* Optime Lanzius: *adoleto.* Sed fortasse *cupiphiatu* est a *vapere*, quasi *vapiphiatu*, *calefacito*, vel *vapefacito.* Similique modo

27. *Cupiphiaia. Vapefacta*, calefacta.

28. *Cuerte. Quartam* partem.

29. *Ant. acre.* Lanzio: *cum adorea.* Mihi: *cum sacra.*

30. *Cuniate.* Mihi est *sumen scrofae lactentis.* Vulgo: *verrigine allattante.* Idem cum *cumate*, ut alibi dictum.

Argumentum.

Sacra pro Tribu Icuvina. Initium ab invocatione Iovis. Sacrum Marti Montano, vel Terminali. Romuli Quirini invocatio suis cum sacris. Sacra Fontinalia, et Berphiae Berphae Martis. Consecratio veterum frugum. Esuno denique honos habetur.

Periphrasis.

Iovis invocatio. Pane, ove, conspersa mola, vitulis tribus maribus

Marti montano facito pro populo totius Iovivinae, nomine Icuvinae totius.

Pulte farrea facito. Pane facito. Larido liquato, cute pernarum, extorum adipe.

Invocatio Quirini. Vitulis tribus tauris, ibidem facito pro populo

Iovinae totius, nomine totius Icuvinae. Pane facito, larido asso denso.

Advecto sacro vino, pane sacro, facito cute pernarum, adipe extorum.

Fontibus sacrum terno sue rubro, ut faciat Berphe Marti.

Pulte farrea faciat. Larido liquato, pane facito. Ad haec:

Pernis, adipe extorum, frumento puro, sue altera rufa,

Vt faciat Antistita Berphia Berphe Marti. Praeterea facito larido liquato.

Dein consecrato fruges veteres, ador, triticum.

Pane facito.

Ad haec: pernis, adipe extorum, tribus satis, terna vitula facito.

Honorem praebeto Berphia Berfe Marti.

Insuper: facito larido liquato. Pane facito. Ad haec:

Pernis, adipe extorum, pane, porrectis, capite suis rufri,

Faciundum curet diligenter Sacerdos.

Sacerdos curato post adolendum triticum purum.

Sacerdos una curet, tria sata adoleri.

Sacerdos curet post unam tritici puri partem quartam

Cum sacro lactenti sumine, et pernis. Consecrato fruges veteres, una simul et sati partem quartam

Cum sumine lactente, et pernis, et una simul

Vni Esuno porrecta sient.

EXERCITATIO V.

In Tab. Eugub. quintae columnàm I.

1. Seme: nies: Tecuries: sim: caprum: upetu: tecvias:

2. Phamerias: pumperias: XII: Atiieriate: etre: Atiieriate:

3. Claverniie: etre: Claverniie: Cureiate: etre: Cureiate:

4. Satanes: etre: Satane: Peieriate: etre: Peieriate: Talenate:

5. Etre: Talenate: Museiate: etre: Museiate: Iuviescane:

6. Etreiviscanes: Caselate: etre Caselate: tertie Caselate:

7. Perachnanie: teituarmune: Iuve: Patre: phetu: Si. pera:

8. cne: sevacne: Vpetue: veitu: sevacne: naratu: arviu:

9. Vstetu: eunaratu: Puche: phabepheta: scvacne: heri: puni:

10. Herivinuphetu: vaputu: Sabi: ampetu: capru: pera: cne: seva

11. cne: Vpetu: eveitu: sevacne: naratu: bive: ampetu: phesnere: purtu:

12. etu: iphe: phertu: table: epirpher: tu: capres: prusbetu:

13. Iphearveitu: persutru: vaputis: mepha: vistiba: phetaphertu:

14. Sviseve: phertu: pune: etre: svi: se: ve: vinu: phertu: tertie:

15. Sviseve: uturphertu: pistunirupbertu: vepesutra: phertu:

16. Mantraclu: phertu: Pune: phertu: pune: phesnaphe: benus:

17. Cabrupurtu: vetu: vaputu: Sabi: Iuvepatre: prepesnimu:

18. Uepesutra: pesnimu: vesclespesnimu: atre: puratu

19. Arpeltu: statitatu: vesclu: pustru: pestu: ranu

20. Pesni: mu: puni: pesnimu: vinu: pesnimu: unepesni

21. mu: enverustetu: vitlu: vuphru: puneheries:

22. Phabu: eruhu: tiblu: sestu: Iuvepatre: puneseste:

23. Vrpheta: manu ve: habetu: estu: iucu: Habetu:

24. Iupater: Sabe: treph: estu: vitlu: vuphru: Sestu:

25. Purtiphele: tri: Iuperteitu: triiuper: vuphru: naratu:

26. Pheiu: Iuvepatre: Uubiaper: Natine: Phratruatieriu:

27. Pune: ampenes: cricatru: testre: euche: Habetu: apeapel

28. us: mephe: antentu: apepurtuvieis: testre: euchehabetu

29. Cricatru: arviu: ustetu: puniphetu:

Haec ita Lanzius:

Semeniis. Decurialibus. suem. verrem. mactato. pro. denis. Familiis. *fort.* pompaticis.

Quae sunt. Atieria Fratrum XII. et Atieria. secunda.

Clavernia, et Clavernia secunda. Curiatis, et Curiatis secunda.

Satas, et Satas secunda. Pieria, et Pieria secunda. Talenia,

Et Talenia secunda. Musaea, et Musaea secunda. Ioviscana,

Et Ioviscana secunda. Casilatis. Casilatis secunda. Casilatis tertia.

Perannania. Adpone armum Iovi Patri. fiat sacrum solemne

Anni huius ob votum in hunc annum nuncupatum. Larido

Asso rite nuncupato. sacre. hornatino vapefacto, pane sacro,

Vino sacro fiat. Post ea (*famino*): Sabe. habeto verrem sacrum, solemne

Anni huius. ob. votum in hunc annum nuncupatum. Habeto fenus

Tibi libatum. Macte ferto. . . .

. . . . Praeterea femore et crure assato pro ferto.

Suis ferto tum altero suis, vinique ferto. Tertioque

Suis altero ferto, pistorio ferto. . .

Mandragora, et pane pro ferto. Pane fenore anni.

Uerrem votum post haec. Sabe Iupiter, habeto pro *persnimo*.

. . . . Frugem *persnimo* additam. adorem purum. *fort.* excussam. tostamque

Frugem. quae. infra circumque et supra locata est.

Panem *persnimo* additum, vinum additum. Vno offerumento

Uitulum robeum in veru tostum post sacra

Heri Fabii tibi sisto. Postremum sisto,

Uiscera ejus habeto. istud iecur habeto,

Iupiter Pater. tibi istum vitulum robeum sisto.

Uitulum lactentem ter dictum, ter robeum nuncupatum.

Macte Iupiter (hocce honore) ab Vbia Arnatina Fratrum Atieriatium.

Post anni fenus Quinquatribus porrectum benigne eos habeto. Post piaculum

Femore (hostiae) apposito factum, post supplicamenta benigne eos habeto.

Quinquatribus larido asso, et pane fiat.

Nihil auspicatius Lanzii hac versione ad versum usque sextum Fragmenti huius. De Semeniis in hoc agitur, sive sacris sexto quoque anni mense celebrandis, in quo solutis anni prioris votis, nova pro annuo insequente suscipiebantur. Vnum in hoc morari lectorem fortasse queat, quod Familiae in fragmento recensitae non denae, *sed* novemdecim *numerantur; quem de via lapidem tollere, levis laboris est. Quippe numerus* denarius *non ad familias est referendus, sed ad* Decurias, *quarum quaelibet duas complectebatur Decurias, excepta Casilate Decuria, cui tres, non binae Familiae attributae. Sed hoc dato, inquies, Decuriae adhuc* decem *non habentur, sed* novem *cum dimidio. Uerum et scru-*

pulus quoque hic facile eximitur ex hoc, quod Familiae Casilates, cum tres enumerentur, pro duabus tamen Decuriis integris habebantur, praesertim, si pro illarum numero maiore, non una, ut in caeteris, sed duplex pro earum sacris constituta erat dies. Age nunc his antehabitis, fregmentum omne more, institutoque nostro resumamus.

Semeniis Decurialibus. Suem marem pro decem

Familiis sacro foedere coniunctis. XII. Atieriatium, et altera Atieriatium.

Clavernia, et altera Clavernia. Curiatis, et altera Curiatis.

Satas, et altera Satas. Pieria, et altera Pieria. Talenas,

Et altera Talenas. Musaea, et altera Musaea. Ioviscana,

Et altera Ioviscana. Casilas, et altera Casilas, et tertia Casilas.

Quolibet anno adponito armum Iovi Patri. Facito sue huius

anni sollemni. Post advehito hornum nuncupatum laridum

Liquatum. Quod felix sit. Accurate faba facito horna. Sacro pane,

Sacro vino facito. Elixum Sabi offer suem hornum, sol-

lemnem. Post hoc: bis in altum sublato sollemni sacro, affer fenus anni. Por-

recto ibi ferto, tabulae super imponatur sus. Praebeatur.

Ibidem advehantur femora anteriora. Elixis mediis tibiis libo refertis,

Allato inter suos pane altero, vino inter sese allato; tertio

Inter suos alio ferto pistorinum afferatur. Crura dorsalia afferantur.

Mandragora afferatur. Panis afferatur, panis anni fenus.

Sus porrigatur vapefactus Sanco, Iovi Patri. Pernis crura anteriora:

Pernis fruges: pernis ador purum:

Addito fruges tostas pistrino commolitas, sale sparsas.

Pernis pane; pernis vino; pernis una, et cum pernis

Assato vitulo rufro; pane sacro,

Fabas sine cortice fressas, siste Iovi Patri. Panem siste.

Exta manu habeto (*dic:*) istud iecur habeto,
Iupiter Sabe, tibi iste vitulus rufus sistitur
Lactens. Ter Iovi patri apponatur pro tribus
rufris nuncupatis.

Factum Iovi Patri pro Uubia Atinate a fratribus Ateriatibus.

Panem annuae penus, quod felix esto, selectum habeto. Post haec

Sacerdos in medium se dabit post porrecta.
Bene, feliciterque sit.
Tritico selecto, larido liquato, pane faciat.

*

RERVM ET VERBORVM EXEGESIS CRITICA.

1. *Semenies*. Sacra, quae sexto quoque mense recurrebant. Vox mere graeca. Latinis: *semestres*.

2. *Tecuries*. *Decuriae*.

3. *Sim*. *Suem*.

4. *Vpetu*. Recte Lanzius: *ob*.

5. *Tecvias*. *Decem*.

6. *Pumperias*. Lanzio : *pompaticas*. Vox bifariam dividenda: *πομπος*, et *ἱερος*. *Comes sacer*. Sic dictae familiae, quod sacro inter se foedere erant sociatae. Sacrorum cura Atieratium familiae erant commissa, ut Romae *Potitiis*, et *Pinariis*, et apud Hebraeos *Levitico* generi. Duodecim ex his tantum sacris erant praepositi, qui idcirco fratres dicti Atierates, quibus nihil sollemnius in sacris Eugubinis.

7. *Perachnanie*. Lanzio: *Perannania*. Litera clamat : *per annum*, sive *annua*.

8. *Vpetuer*: *Post hoc*.

9. *Ueitu*. Lanzio: *votum*. Mihi est: *vehito*.

10. *Phabephete*. Lanzio : *vapefacto*. Mihi vox duplex. *Phabe*, faba, et *phete*, facito.

11. *Vaputu*. A *vapere*. Recte Lanzius: *vapefacto*.

12. *Eveitu*. Lanzio : *ob votum*. Mihi imper. modus : *evehito*.

13. *Bive*. Dubia Lanzio vox. Facile *bive* pro *bis*, ut *tri* pro *tres*.

14. *Phesnere*. Lanzio : *fenus*. Assentior.

15. *Purtu*: *etu*. Vna vox. *Porrectum*.

16. *Table*. Lanzio : *tibi*. Est *tabula*.

17. *Epirpher: tu*. Uua vox. *Super ponitor*.

18. *Prusebetu*. Vocem Lanzius repetit ἀπὸ των προβατων, vel a *praesepe*. Neutrum probandum. Est imper. mod. *Praebeto*.

19. *Persutru*. Lanzio : *femore*, et *crure*. Eadem vox : *persondro*, *persuntru*, et *pesuntrum*. A *pede* vox videtur derivanda, quam libenter habuerim pro *femore dorsali*, vulgo *spalla*, quae Latinis *petasunculus* :

Quod vocis pretium? siccus petasunculus, et
Pelamidum (1). (*vas*

Hinc nostratium *presciutto*, *prosciutto*, vul-

(1) Iuven. Sat. VII. v. 119.

go *presutto*. Sed re penitius inspecta, de vocibus *pesutru*, et *vesutru* sic videtur statuendum. Vtraque vox *pedem utrumque* designat. *Pesutru* proprie est pes, sive femur utrumque anterius, quod *sorsale*, i. e. *dorsale* in Tab. Eugubin. audit, quod ad animalium usum est praecipuum. At *vesutru*, opposita ratione, est *pes uterque posterior*, qui dictus *stlafaris* a *stalis*, sive *talis* : quorum usus pro quadrupedibus non ita praecipuus, ut pedum anteriorum, eaque de causa *vesutru* appellatum, nam particula *ve* in sensum deteriorem vocem trahit, cui praefigitur.

20. *Mepha vistiba*. Mihi est : *media tibia*. Vulgo *gamboncello*. Particula praepositiva *vi*, vel *ve*, aut otiosa, uti in digammate usuvenire solet, aut vocem, cui praefigitur, in sensum deteriorem trahit.

21. *Mantrahlu*. *Mandragora*. Planta, cuius radices asperae, et fere bipedes, qua de causa ανθρωπομορφος a Pithagora nuncupata.

22. *Benus*. *Annus*. Vulgo *avanno*, hoc anno.

23. *Arpeltu*. Ab *adpellendo*. *Addito*.

24. *Statitatu*. εσταθευμένος Hesychio *sensim igne coctus*.

25. *Pustru*: *pestu*. Lanzio : *infra*, *circum-*

que, *et supra*. In voce *pustru* pistrinum mihi subolet, et in τῷ *pestu* molendi usum, qui *pistrini* proprius. Reddo igitur: *pistrino molitas*.

26. *Ranu*. Videtur a ῥανειν repetendum, quod est *spargere*. Et quandoquidem hic de *mola salsa* conficienda res esse videtur, reddiderim: *sale spargito*.

Pinguiaque in verubus torrebimus exta colur-
(*nis* (1).

27. *Enverustetu*. Vox trifariam partienda: *in veru usto*.

28. *Phetaphertu*. Lanzio: *pro ferto*. Verum hic agitur de *vestiba*, tibia. Ergo est: *foeta ferto*, idest *referta libo*.

29. *Pisturino*: *phertu*. Lanzius: *pistorio ferto*, et *phertu* pro *libo* libenter acceperim. De *Pistorensibus*, eorumque generibus parasitice confictis lepidus est Plauti locus.

(1) Georg. II. v. 396.

Primum-dum opus est Pistorensibus,
Eorum sunt genera aliquot Pistorensium.
Opus Paniceis, opus Placentinis quoque.
Opus Turdetanis, opus est Ficedulensibus.
Iam maritimi omnes milites opus sunt tibi (1).

30. *Phabu: eruhu: tiblu.* Lanzius: *Heri Fabii tibi.* Musarum prorsus ingratiis! Quid cum sacris perpetuis personarum nomina singularia? Aut cum his peritura sacra perpetua, vel cum sacris perpetuis numquam perituri homines privati illis addicti. Mirum, quantum chorda hac saepe oberrarit Lanzius. Verum de hoc ampliandum alio loco deinceps. Ad rem quod attinet, *fabam* veri nominis intellige, cuius inter fruges sollemnis usus erat in sacris. *Fabam utique e frugibus referre, mos est auspicii causa, quae ideo refriva appellatur.* Plin. (2), cui succinit Festus: *refriva faba, quae ad sacrificium referri solet domum ex segete auspicii causa, quasi revocet fruges* (3). Faba igitur *refriva*, dicta a referendo, *frugibus ari-*

(1) Capt. Act. I. Sc. II.
(2) Lib. XII. cap. 12.
(3) Fr. Arv. 202. 289. n. XLI.

dis accensenda, aliaque est a *faba* fragmenti Eugubini, quae ab *eruendo*, quod Graecis est ερυω, dicitur *eruhu*, idest de folliculo suo *eruta*. Et facile alia item habenda *a faba fressa*, vulgo *fava franta*, de qua alio loco infra. At si vocem

31. *Tiblu*, quae sequitur, et quam non recte Lanzius reddit *tibi*, est a τριβειν, *terere*, *phaba tiblu* nil obstat, quo minus pro *faba fressa* accipiatur.

32. *Vrpheta*: *manuve*: *habetu*. Lanzio: *viscera eius habeto*. Quandoquidem duas voces priores pro una habet, legitque *arvetamena*. Sed ita faciens vim facit manifestam voci *manuve*, quae sine dubio est *manu*. Reddendum igitur: *exta manu habeto*.

33. *Purtiphele*. Egregie Lanzius: *vitulum lactentem*. πορταξ enim est *vitulus*, et φελω aeolice pro θέλω, *lac sugo*.

34. *Tri*. *Ter*.

35. *Iuperteitu*: *Iuper* breviate pro *Iupiter*, et τειτου.

36. *Uuphru*. Pro *ruphru*. Aut scalptoris vitio, vel quia non satis constans modus vocem efferendi, quod non raro in his contigisse, ipse per se lector facile viderit.

37. *Anpenes*. Pedes eo in Lanzii interpretationem: *Anni fructus*. Litera est: *anni penus*, et referendum hoc ad *punem*, *pune*, quod non recte Lanzio: *post*. Notandum, pro Semeniarum sacris nihil afferendum fuisse, nisi *sevacne* foret, idest anni decurrentis.

38. *Cricatru*. Lanzius: *quinquatribus*. Mihi vox composita est a *cric*, quod est a κρινω *cerno*, *secerno*, et *atru*, ador. Ergo *ador selectum*. Festus docet, *ador* dictum antiquis etiam *edor* ab *edendo*.

39. *Apeapelus*. Divido, et corrigo. *Apeap*: *deinde*, et *Erus*, Sacerdos, non *elus*, quod nihili est.

Argumentum.

Sacra semestria decem Familiarum sacro inter sese foedere conjunctarum. Sacra Sanco, Iovique Patri. Ritus sacrorum minutissimi, molestissimaque referti superstitione. Sacra haec propria Vubiae Arnatinae.

Semeniis Decurialibus. Suem marem pro denis Familiis sacro inter se foedere sociatis.

Prima Fratrum XII Aticratium. Altera Aticriatium.

Clavernia prima, et secunda. Curiatia prima, et secunda.

Satania prima, et secunda. Pieriatia prima, et secunda.

Talenia prima, et secunda. Casilas prima, secunda, et tertia.

Annuum adpone armum Iovi Patri.

Facito sue horno sollemni.

Ob hoc affer sollemne nuncupatum laridum liquidum.

Quod felix, faustumque siet.

Sedulo faba horna facito, sacro pane, sacro vino.

Elixum facito. Sanco affer suem hornum sollemnem.

Post haec: bis in altum sustollito annuum sacrum.

Fenus offer anni huius,

Porrigatur ibi libum.

Tabulae superponatur verres. Praebetor.

Advehito ibidem femur anterius. Elixo dimidio

Tibiae libo delibutae,

Suis inter se se afferatur panis alter. Suis inter se

Vinum afferatur.

Tertio suis inter se alterum fertum

Pistorium libo delibutum.

Femur anterius afferatur. Mandragora afferatur. Panis afferatur,

Panis annuae penus.

Sus porrigatur vapefactus Sanco, Iovi Patri.

Ante pernas, pernarum pedes posteriores,

Fruges, pernas, ador purum adiicito.

Statuito fruges pistrino molitas. Sparge sale.

Pernas pane: pernas vino: pernas una cum

Assato vitulo rufro; pane sacro; faba sine folliculo

Fressa, siste Iovi Patri. Panem siste. Exta manu habeto;

Istud (*dic*) iecur habeto, Iupiter, Sance. Tibi esto vitulus hic ruber.

Vitulus lactens ter Iovi apponatur pro terno rubeo nuncupato.

Fiat Iovi Patri pro Vubia Natinate a Fratre Atieriate

Pane penus annuae selecto, quod faustum, felixque siet.
Post haec Sacerdos coram medius adstet, quod felix, faustumque sit,
Tritico selecto, larido liquato, pane faciat.

EXERCITATIO VI.

In fragmentum columnae alterius Tab. V.

Fragmentum hoc postremum eorum, quae etruscis incedunt characteribus, novem ultra viginti continetur versibus qui sunt huiusmodi:

1. Pune: carne: speturie: Atiierie: Naraclum:
2. Uurtus: estu: Esunu: phetu: Phratrusper: Atiierie: eu: esum
3. esu: naratu: Pere: carne: speturie: Atiierie: Aviecate:
4. Aiu: urtu: phephure: phetu: Pucheneipereretu: vestibe: Sabe:
5. Sacre: Iuvepatrebum: peracne: restatu:
6. Iuvie: Vnuerietu: sacre: pelsana: phetu: Arvia: ustentu:
7. Puni: phetu: Tabech: pesnimu: arepe: arves: punepurtiius:

8. Vnu: surupesutru: phetu: ticamne: Iuvie: capire:

9. Peru: prevephetu: Apcpurtiiusuru: Erus: tetu: enu: cuma:

10. Itucumate: pesnimu: ahtu: Iuvip: uvepe-rac: nem:

11. Peraem: phetu: arviu: ustentupuni: Pu-ni: phetu: Ahtu: Marti: abrunu:

12. Peracne: phetu: arvinustentupuni: phasiu: Prusebete: Arveitu:

13. Perae: phetu: Puniphetu: Tra: ec: vine: phetu:

14. Abetus: peracne: phetu:

15. Huntia: catle: tibel: stacach: est: Sume: ustite:

16. Anter: mencharu: bersiaru: heriiei: pha-biu: arphertur: Avis:

17. Ancheriates: menchene: curblasiu: pha-bia: tibit: huntia: phertu:

18. Catlu: arvia: struhbla: phicla: Pune: vi-nu: Salu: maletu:

19. Mantrahlu: vescla: snata: asnata: umen: phertu: pir: ase:

20. Antentu: Esunu: Puni: pheitu: Hunte: Iuvii: ampentu: catlu:

21. Sacre: sevacne: Petruniaper: Natine: Phra-tru: Atiieriu: Esunu:

22. Perae: phutu: catles: supa: hahtu: supha-phiaph: supaph: hahtu:

23. Berus: aplenies: prûsebia: cartu: crema-tra: aplenia: sutent

24. u: Peru: seritu: arvia: puni: purtuvitu: vesticatu: ahtrepura-

25. tu: Pustin: anbiph: vinu: nuvis: ahtre-puratu: tiu: puni: tiu: vinu:

26. Teitu: berva: phrehteph: phertu: pure: nuvime: pherest: crematruph:

27. Sumel: phertu: vestibia: perume: pers-nihmu: catles: tuva: Tephre:

28. Terti: Erus: prusecatu: isunt: Crematru: prusectu: struhbla:

29. Phicla: Arveitu: catlu: Purtuvitu:

Qui fragmentum hoc cum antecedentibus conferet, facile intelliget, non unum omnium extitisse auctorem. Tanta in vocum desinentiis varietas, tanta in eisdem iterandis ὀρθογραφιας inconstantia, ut de caeteris taceam, ut dialecto ipsa ab aliis differre videatur. Aspirandt praeterea libido talis, ut saepe Catulli Arrium in mentem revocarit. Verum de his, aliisque horum similibus ipse per se iudicet lector. Haec nunc omnia ita continenter fere Lanzius reddil:

Post haec carne bovis patalis Atierii Apinates Arnatium

Feriantor simul. Fiat a Curialibus Atieratium

Iuxta votum nuncupatum pes e carne bovis patalis. Atierias

Apienas pane, et furfure facito: utque in sacrificio pedis *pollucendi*

Immolet Iovi Patri bovem annuum patalem: annuum (voto) nuncupatum

Iovi Patri uno ministerio sacrum libo facito, larido asso,

Pane facito, prosectis e *persnimo* adipe viscerum. Post sacra porrecta

Tibia una. . . . . facito Iovi dicens. . .

Praeterea macte prius esto tibia e porrectis. eamque imponito in molita

Adorea quae *pesnimo adfunditur*. Item tu Iupiter ove annua

Mactus esto. Praeter eam arvina assa et pane mactus. Item tu Mars verre uno

Annuo mactus esto, arvina assa. Dein perna pecudis.

Praeterea mactus esto, pane mactus ture et vino mactus: fenore annuo mactus.

Heic iam catulus adponitor supremum sacrificium.

Inter mensas sacras Fabii sacerdotis infertur, mensae *victima*

Aseriatis intra corbem. Fabi tibi hicce iam fertur

Catulus. arvina. femora. viscera (item) panis vinum sal mel

Mandragora. fruges natae denatae. Omne fertum impositum adole

Simul. deinde famino.

Hunc Iupiter habeto catulum

Sacrum anni huius. ab Petronia Arnatina Fratrum Atieriatium.

Pro quo magmento catuli subacti. . . . . .

Ervis plena praesepia. et pane canistra plena sint.

Praeterea (habeto) semina frugum. Arvinam panes sacros.

Postea circumda vinis adorem purum. adponito panes. adponito. vinum.

Adponito erva fressa (item) ferctum. Frumentum novum inferendum est canistro.

Simul inferto tibias. praeterea *persnimum* catuli. bina *tefra*.

Tertia prosecantor in canistrum.

Prosecato. femora viscera. adipes catuli porrecti.

Nostra nunc in scenam prodeant spectanda.

Pane, carne spetile Atierias Apienas Arnatium.

Festivitas esto Esuni.

Faciat pro Fratre Atierias. Feliciter. Suprema

Esto nuncupatio. Pede, carne spetile, Atierias Apienas

In hoc festo furfure faciat. Attente equidem sumatur posterior tibia

Sabi sacra. Iovi Patri bovem annuum, spetile annuum statuito.

Iovi, una sumpto sacro libo, facito larido asso,

Pane facito. Post haec: pernis, adipe extorum, pane porrectis,

Sura una cruris anterioris propria facito Iovi. Deinde

Pede (*hostiae*) suo, facito. Porrecta iam sura, Sacerdos apponat una cum

Pernis sumen scrofae lactentis. Agatur Iovi ovis annua.

Praeterea facito larido asso. Pane facito. Agatur Marti sus hornus.

Facito larido asso, pane facito. Praebita advehe.

Pede facito. Pane facito. Thure, et vino facito.

Habitis per annum facito.

Denique catulus tibi constituatur, ultimo assus.

Ante mensas sacras sacra faba afferatur, ove

Iam parata. Mensae ex corbe fabae dentur. Deinde allatis

Catulo, larido, coxis, visceribus, pane, vino, sale, melle,

Mandragora, frugibus viridibus, aridis, omne fertum igne adoleto.

Coram pone Esuno. Pane facito. Demum Iovi offeratur catulus

Sacer annuus pro Petronia Arnatium a Fratre Atieriate. Esuno

Pede facito catuli superius acti, faba sine cortice superius acta.

Sacerdos plene suppetat omnia, abunde. Canistra plena sint.

Pro Satis adipem, panem, porrigito. Diligenter curato adorem purum.

Post haec: cratere vini novi, adore puro, facito. Pane facito. Vinum

Appone, legumina fressa affer. Meracum novum fas esto afferre. Canistro

*

Simul afferantur tibiae pedum posteriores pernae Catuli. Honora Tephram.

Tertio Sacerdos prosecato. Erunt in canistro prosecta. Coxas,

Viscera, afferto, catulo porrecto.

RERVM ET VERBORVM EXEGESIS CRITICA.

1. *Pune*. *Pane*. Nescio, cur Lanzio placuerit *pone*.

2. *Speturie*. Lanzio: *bos patalis*. At *bos patalis*, si vera a Plauto didicimus, ille dicebatur, *cuius cornua diversa sunt*, *ac late pateant*. Bos itaque vitiosus, nec sacris aptus. Ad haec: unde tot suppeterent boves huiusmodi singulares, ut sacris Eugubinorum annuis, et splendidissimis sufficerent? Si vocem e suis fascibus extrices, *spetile* est *sub pectore*, quod vulgo dicimus *sotto-petto*. Et ad rem Festus: *Spetile* dicebatur *caro*, *quae infra umbilicum suis est*. Quae vox a *suilla* ad carnes etiam aliorum animalium translata est.

3. *Uurtus*. Expuncto digammate, *urtus*, sive εορτης, *festi*.

4. *Eu*: *esumesu*. Divide: *eve*, *sume*, et *esu*. *Bene. Supremum esto*.

5. *Pere*. Pro *pede*.

6. *Aiu*. *Huius*, vel *eius*. Refer ad vocem seq.

7. *Vrtu*. Quod est: *festi*, nec bene a Lanzio pro ἀρτω, i. e. *pane*, usurpatur.

8. *Pucheneiperetu*. Divide sic: *puche*, reiecta *ne* paragogica, υπερ, et *eretu*. De adverbio *puche* dictum ante. Τοῦ υπερ nota potestas. Reliquum est *eretu*. imperat. cuius thema αιρεω, *tollo*. Cumque hic de *tibia* posteriore sacra Sanco agatur, reddere possis: *sursum ponito*.

9. *Restatu*. Lanzio: ῥητον, *nuncupatum*. Probabilius: *statuto iterum*, sacro videlicet annuo, quo de sermo est.

10. *Vnuerietu*. Lanzio: *uno ministerio*. Redde: *una et tolle*. Confer. cum n. 8.

11. *Surupesutru*. Vox duplex. *Suru*, sura, et *pesutru*, crure anteriore, de quo supra memoratum.

12. *Ticamne*. Lanzio: *dicens*. Forte rectius a τυχῆ, quae Doricis τυχα, *fortuna*, sortitio. Reddo: *proprium*, sive singulare Iovi munus.

13. *Apepurtuitusura.* Divide. *Ape*, ab; *purtuitu*, *porrecta*, et *sura.*

14. *Cumaltu cumate.* Lanzio: *adorea, quae pesnimo adfunditur.* Vox est penitioris significationis. *Cumate* mihi est pro *sue inciente*, et *cumalter* pro eiusdem *vulva lactente*, quasi *cumate alente.* Graecis εκγονον, foetus.

15. *Ahtu.* Lanzio: *at tu.* Mihi est *agito*, imper. mod. *Aht* pro *act.* in pluribus vocibus aliis occurrit.

16. *Phasiu.* Lanzio: *perna.* Est *phetu, facito.* Eadem vox cum *fasia.*

17. *Abetus.* Ab *habendo. Habitum*, sive collectum per annum. Optime Lanzius: *fenore annuo.*

18. *Huntia.* Lanzius: *hic iam.*

19. *Tibel. Tibi.* Nam deleto *l* finali, superest *tibe*, ut priscis Latinis, quibus etiam *tibei.*

20. *Stacach: est. Statuitor.* A *stando.* Quod et *stahere* fuit Etruscis, de quo abunde alibi.

21. *Anter. Ante.* Haec litera, non *inter*, ut Lanzius.

22. *Mencharu*: Recte Lanzius: *mensas.*

23. *Bersiaru.* Scite Lanzius: *sacras.* Nam deletis ιδιωτικα *b* praefixa, et sigmate inserto, superest *eriaru* ab ἱερος.

24. *Phabiu*. Lanzius: *Fabii*, ut putat, Sacerdotis. Sed apage a sacris publicis, perpetuisque nomina personarum propria, quod saepius inculcatum, et inculcandum praeterea est. Est *faba*.

25. *Ancheriates*. Lanzio: *victima aseriatis*. Reddo: *paratas*, sive *coctas*.

26. *Perae*. Lanzio: *pro quo*. Est *pera*, pede.

27. *Curblasiu*: *phabia*. Lanzio: *intra corbem*. Plaudo. Sed ἀπεχω *Fabium* pro *faba*, de qua plus vice simplici actum.

28. *Tibit*. Lanzio: *tibi*. Est *didit* ab antiquo *dido*, *divido*.

29. *Struhbla*. Lanzio: *femora*. Strictius *coxae*, *coxendices*.

30. *Salu*: *meletu*. *Sale*, *melle*.

31. *Snata*: *asnata*: Nata, denata, seu *virides*, *aridae*.

32. *Vmen*. *Omne*, *omnia*. Metathesis.

33. *Ampentu*, et *antentu*. *Ante tende*. *Obtende*. Lanzio minus recte: *adole*.

34. *Supa*: *hahtu*. Lanzio: *subacti*. Litera est: *supra acti*, i. e. superius adducti.

35. *Suphaphiah*. Mihi est *faba sine folliculo*, de qua supra iniecta mentio est. Nam graecis συφαρ est *pellicula rugosa*.

36. *Berus*. Lanzio: *ervis*. Est *Herus*, sublata *b*, praefixa, adeoque *Sacerdos*.

37. *Aplenies*. *Plene*, *abunde*.

38. *Carta*. Lanzio: καὶ αρτῶ, *pane*. Adverbium est, quod Graecis καρτα, *affatim*, *supra modum*, quo nihil desit sacrarum mensarum deliciis.

39. *Crematra*. *Canistra*.

40. *Sutentu*. *Sunto*, *sient*. Vide, quam diversimode vox haec in Tabulis occurrat. Hinc vietum patrum nostrorum *suto*.

41. *Peru*: *seritu*. *Pro satis*. Oscis *perum*, *per*. Non recte Lanzio: *praeterea*.

42. *Vesticatu*. A *vestigando*, quod est hic *cernere*, *purgare*. Ergo *vesticatu*

43. *Ahtrepuratu*, quod Lanzio est *panes sacros*, mihi *adore puro*. Sic apud Catonem *hordeum purum*, *triticum purum*.

44. *Anbiph*. Lanzio: *circumda* ab *ambiendo*. Atqui Graecis αμβιξ est *olla*, *calix*. Ergo *cratere* pro vino.

Γλυκυ νεκταρ ἀπο κρητῆρος αφυσσαν. (1).

45. *Nuvis*. *Novo*. Nefas enim, vinum, ut et caetera, libare, nisi praelibassent Ministri sacrorum.

---

(1) Il. II. v. 598.

46. *Tiu.* Lanzio : *adponito.* Rectius : *honorem da*, *immolato*, haec enim τοῦ τυειν significatio.

47. *Berva*: *phreteph.* Reddo : *legumina fressa.*

48. *Sumel. Semel.*

49. *Perume.* Litera: *per omne.* Ergo *omnia.* Sic. n. 31. *umen.* pro *omne.*

50. *Tua. Tephre.* Lanzio: *duo Tephra.* Nempe *tua* habet pro *duo.* Est autem a θυειν. *Honorem habeto Tephrae*, sic dictae ἀπο τοῦ τρεφειν, quod est *nutrire.*

51. *Prusicatu.* De voce hac notandus Plauti locus :

Quoniam litare nequeo . . . vetui exta prosi-
(*carier*,
Neque ea aspicere volui (1).

Nec opere, ut ita dicam, operosiore agi poterat de nugis nugarum omnium nugacissimis. Quo maior babenda gratia religioni Christianae sanctissimae, quae superstitionibus universis radicitus evulsis, cultuique externo tantum attri-

(1) Poenul. Act. II. Sc. I.

buto, quantum interno excitando, fovendoque satis foret, Deum adorandum statuit in spiritu, et veritate. Sed incoeptum semel prosequamur iter, quod iam ad finem properat.

Argumentum.

Apienatium Arnatium sacra Deo Esuno, Sanco, Iovi Patri, Marti, Tephrae. Mensarum sacrarum sollemnis, lautissimusque apparatus. Sacra pro Satis. *Quaedam propria Gentis Petroniae. Sacra omnia peragenda ministerio Fratrum Atieratium, qui cum in duas distributi essent Decurias, numeroque XII. non amplius, essent constituti, pronum est intelligere, horum senos Decuriae primae, senos Decuriae alteri fuisse assignatos.*

Periphrasis.

Pane, carne spetile faciat Aticrias Apienas Arnatium.

Esuno sacer dies festus esto.

Faciat Frater Atierias. Feliciter. Supremum est votum nuncupatum,

Pede, carne spetile. Atierias Apienas hac festa die furfure faciat.

Devota mente accipiatur tibia posterior Sanco sacra.

Iovi Patri bovem annuum sollemnem constituito. Iovi ,

Vna accepto libo sacro , faciat. Larido liquato , pane faciat.

Post haec: pernis , extorum adipe, pane, porrectis , sura una

Cruris anterioris faciat seorsum Iovi.

Deinde pede proprio faciat. Post porrecta, Sacerdos apponat

Vna cum vulva suis lactente pernas.

Adfer Iovi ovem hornam.

Praeter haec facito larido asso. Pane facito.

Offerumenta advehito. Pede facito , pane facito.

Thure , et vino facito. Fructibus anni facito.

Catulus hinc tibi constituatur denique adolendus.

Ad mensas sacras fabae sine cortice afferantur,

Oves iam paratae. Mensae ex corbe fabae distribuantur.

Allatis deinde catulo , adipe , coxis , visceribus , pane , vino , sale , melle ,

Mandragoris , frugibus virentibus, aridis , fertum omne igne adoleto.

Coram obtende Esuno. Pane facito. Denique Iovi coram obtendatur

Catulus sacer annuus pro gente Petronia Arnatium

A Fratre Atieriate.

Esuno pede facito catuli ante inducti, fabis sine cortice iam adductis.

Sacerdos abunde praebeat, affatim omnia. Canistra plena sunto.

Post haec: cratere vini novi, adore selecto, immola pane, immola vino.

Appone legumina fressa. Affer meracum novum. Afferto canistrum.

Simul afferatur crus posticum cum perna catuli utraque. Honorem habe Tephrae.

Tertio Sacerdos in partes scindat. In canistro prosecta reponantur,

Coxendices, viscera catuli porriciantur.

Eo demum Sacerdotis munus rediturum, ut Diribitoris *in mensa, ne dicam* Lanii, *officio fungeretur. Constat interim ex his, quanti in ethnica superstitione catuli sacrum haberetur, quod caeterorum veluti complementum erat.*

EXERCITATIO VII.

In Tabulam III. latinis exaratam formis.

Haec ita a Lanzio refertur.

1. CLAVERNIVR. DIRSAS. HERTI. FRATRVS. ATIER-
(SIR. POSTI. ACNV
2. FARER. OPETER. P. IIII. AGRE. TLATIE. PI-
(QVIER. MARTIER. ET. SESNA
3. HOMONVS. DVIR. PVRI. FAR. EISCVRENT. OTE.
(A. VI. CLAVERNI.
4. DIRSANS. HERTI. FRATER. ATIÈRSIVR. SEHME-
(NIER. DEQVRIER.
5. PELMNÈR. SORSER. POSTI. ACNV. VEF. X. CA-
R
(BRINÈR. VEF. V. PRETA.
6. TOCO. POSTRA. FAHE. ÉT. SESNA. OTE. A. VI.
(CASILOS. DIRSA. HERTI. FRATRVS.
7. ATIERSIE. POSTI. ACNV. FARER. OPETER. P. VI.
A (AGRE. CASILER. PIQVIER.
8. MRTIER. ET. SESNA. HOMONVS. DVIR. PVRI.
(FAR. EISCVRENT. OTE. A. VI.
9. CASILATE. DIRSANS. HERTI. FRATEER. ATIER-
(SIVR. SEHMENIER. DEQVRIER:
10. PELMNER. SORSER. POSTI. ACNV. VEF. (CA-
(BRINER) XV. VEF. V. *pr*. ET.
11. SESNA. OTE. A. VI.

Quae sic idem reddit.

1. Claverniam. Dirsa. Herti. F. Fratris. Atieratis. *sacris faciendis* hocce anno.

2. inter. populos. IV. agri. Latini. Picentium. Martiorum, et Sena.

3. Homonei. F. Duumviri. frumentarii. curationem. administrent. uti. pro. Claverniate.

4. Dirsans. Herti. f. Frater. Atierias. quum. Semenia. Decurialia. aguntur.

5. colligat. hocce. anno. et. X. sacres. et. praeterea. V.

6. Ad haec: Sena. faxit. uti. pro. Seviro. Casilum. Dirsa. H. f. Fratris.

7. *Atieratis. sacris. faciundis.* hocce. anno. inter. populos. VI. agri. Casilatis. Picentium.

8. Martiorum. et. Sena. Homonei. f. Duumviri. frumentari. curationem. administrent. uti. pro. Seviro.

9. Casilate. Dirsans. Herti. f. Frater. Atierias. quum. Semenia. Decurialia.

10. aguntur. colligat. hocce. anno. et XV. Sacres. et. V . . . . .

11. Et. Sena. *faxit.* uti. Proseviro.

Legi, relegi, perlegi: oculos, animum serio intendi. Temperare tandem mihi non potui, quin exclamarem: aut ego nil video, aut Lanzius extra terrae, solisque vias omnino vagatur. Fucum profecto, fraudemque fecerunt viro prudenti nomina quaedam officiorum, sive dignitatum, communia, quae ipse incaute pro personarum propriis exponit, idque non semel, ut saepe hactenus observatum. Cui male animo praeconceptae opinioni dum accomodare nonnulla conatur, omnia turbat, caelumque, ut aiunt, mare miscet. His obiter adnotatis, Vmbrorum fragmentum ita reddi commode posse, arbitramur.

1. Clavernium. Curator festi Frater Atierias post annum vota concipiat pro pop. IIII. Agror. Latinis, Picentibus, Martiis, et Senatibus.

2. Omnes dare far purum curent, pro agr. parte VI.

3. Claverni. Curator festi Frater Atierias pro Semeniis Decurialibus agens sortito, post ann. vehat X porcellos, vehat et quinque praeterea.

4. Post haec: vota concipiat et Sena pro agr. parte VI.

5. Casilas Curator festi Frater Atierias, post ann. oves pro parte VI. agr. Casilatis, Picentis, Martii, et Senatis.

6. Omnes dare far purum curent pro agr. parte VI.

7. Casilas Curator festi Frater Atierias, pro Semeniis Decurialibus fungens sortito, post an. oves XV. porcellos, V. Praeterea

8. Sena pro agr. parte VI.

Corr. v. 3. et 4 pag. 95.

Curator festi, Frater Atierias pro
Semeniis Decurialibus
agens sortito, post ann. oves, X porcellos.
Oves V. praeterea

RERVM ET VERBORVM EXEGESIS CRITICA.

1. *Dirsas. Herti.* Lanzius: *Dirsas, Herti.* F. Voces *tera*, *terust*, de quibus confer supra dicta. Ad haec: *Dirsas, dirsans*, *dirsantes*, *dirsuntes*, omnes Lanzio eiusdem originis sunt. Assentior, si modo mihi detur, haec omnia a τερεειν esse derivanda, quod est *curare, custodire.* Nego tamen, *dirsas* aliud esse a *dirsans*, ut hic alterius filius sit habendus, quod Lanzio placuit. Utraque vox eadem est, ejusdemque significationis. *Dirsas* igitur, et *dirsans* nomen est officii, dignitatisve, non *personae*, quod Lanzius semel animo infixum numquam eiurare valuit. Est autem γένικῶς *custos, praepositus*, aliudve simile, quod pro re praesenti in speciem contrahitur ex adiecto gignendi casu, qui est

2. *Herti*, quae εορτης est, sive *festi*, non *Herti patris*, quod Lanzio falso persuasum. Est itaque *dirsas*, vel *dirsans Herti*, *curator*, vel *praepositus* diei *festivo*, quod in frag-

mento I. v. 4. dicitur *urtesvuntis*, de quo vide dicta loc. cit. Exercit I.

3. *Pusti. acn.* Lanzius: *hocce anno.* At *pusti* est *post.* Reddiderim idcirco: *post ann.*

3. *Farer.* Nihil Lanzius. Est *facito*, unde Italorum *fare*, contractum τοῦ *facere.*

4. *Opeter.* Lanzio: *inter.* Sed alibi eadem illi vox est vel ὕπατος, *summus*, vel ab ὀπτᾶν; *adolere.* Tolle primam *e* redundantem. Fiet: *opter*, *obter.*

5. *Homonus.* Lanzio: *Homonei filius. Chorda semper oberrat eadem!* Est evidenter *homo* generatim, hicque sonat *quisque viritim*, *unusquisque*, et si mavis, *omnes.*

6. *Duir.* Lanzio: *Duumviri.* Est *dare* ab inusitato *duo*, *do.*

7. *Puri far.* Lanzio: *frumentarii.* Est *purum far*, quod pro parte sexta ab unoquoque afferendum praecipitur pro sacris, ex fructibus annuis. *Far purum* facile est, quod *tostum.* Persuasum quippe romanis erat, *far non esse purum ad sacrificia*, *nisi tostum.* (1).

8. *Pelmner.* Lanzio: πελομενοις. *Aguntur.*

---

(1) Plin. L. XVIII. c. 2.

Cur non magis *εσομενος*, existens? *Pelmner* ergo *sorser*, erit Frater Atierias, qui *sortito praeest* Decurialibus Semeniis. Sed multo probabilius *pelmner* est *plemner*, a *pleo* impleo. Ergo *pelmner* erit *implens* ad literam, seu *agens* pro Semeniis.

9. *Sorser*. Verbum est Lanzio *ἀπο τοῦ σορευειν*. Mihi est *nomen*: *sorte*, *sortito*, *pro sorte*. Cum enim XII. essent Fratres Atierates pro *Sacris* constituti, sortito quisque suo fungebatur munere.

10. *Fahe*. Lanzius: *faxit*. Optume.

11. *Ote*. *a*. VI. Lanzio: *Pro Seviro*. Reddo: *ut anni* VI. idest pro parte sexta fructuum anni.

12. *Opeter*. P. VI. *Agre*. Nihil clarius. *Pro parte* VI. *agrorum*.

13. *Eiscurent*. *Curanto*, *procurent*.

14. *Vef*. XV. *Cabriner*. Lanzio: *et* XV. *sacres*. Nam *vef* habet pro *et*. Mihi est *uvef* idest *ovem*. Hinc *posti acnu vef*. XV. *cabriner*, fiet. *Post annuam ovem*, *porcellos* XV.

15. *Vef*. V. *preta*. *Oves* V. *praeterea*, quod ad sequentia referendum.

*

Argumentum.

Semeniae Decuriales. Sacra pro populis quatuor agri Latini, Picentis, Martii, et Senatis. Taxantur omnes viritim pro sexta agri sui parte afferenda ad sacra, quae vota continent et suscepta anni prioris, et nuncupanda pro anno insequente.

In hoc fragmentorum negotio expediendo negotiosissimo cum Lanzio nostro praecipue in pluribus fecimus amiciter. Sed et in multis ab eo, bona venia petita, recessimus. Recte, an secus, iudicent alii. Si primum: Lanzio omne acceptum referimus, quo sine duce, haec ne attrectare quidem ausi fuissemus. Sin minus: omnia stent periculo nostro. Neque enim ii sumus, quibus omnia post haec, et singula absoluta videantur. Plura, et meliora, quod ex animo auguramur, inveniant alii, et sine invidia communicent.

Finis operis, et conclusio.

In tabulis Eugubinis exponendis quisque per se videt, lucem, praesidiumque a nobis petitum, praeter graecum, abs idiomatibus veterum Italorum iam dudum obsoletis. Quandoquidem iam diu persuasum nobis est, patrum nostrorum unum initio extitisse sermonem ab Oriente traductum, qui post, uti usuvenire solet, in alias, atque alias processu temporis abiit dialectos. Quae demum dialecti omnes, romanis invalescentibus, in unam confluxerunt veterum Romanorum linguam, quae *Latina* audit. Cum enim primi Romuli, Remique comites, asyli illecti beneficio, ex omnibus Italiae regionibus Romam convenerint: ecquis non videt, Romae eodem tempore confluere oportuisse priscas omnes veterum italorum dialectos,

Verbaque cinctutis non exaudita Cethegis?

Quo magis dolendum, tot antiquiorum latini idiomatis grammaticorum opera frustra nunc desiderari, quorum vix nomina nobis non invidit tempus, curantibus praecipue M. Verrio Flacco, Sex. Pompeio Festo, A. Gellio, aliisque. Nam

si haec extarent, fere non dubito, quin pleraque in desuetis patrum nostrorum dialectis in propatulo essent, quae nunc tenebris obsita sunt, nobisque crucem figunt. Hac de causa initum a nobis consilium fuerat Lexicon concinnandi verborum omnium, quae ex tot idiomatum naufragio adhuc supernatant, cum apposita cuique significatione, eiusdemque origine. Et opus quidem affectum in adversariis iacet, iacebitque porro: quod ad illud absolvendum, pro rei dignitate, nec vires amplius suppetunt, nec tempus.

MONITUM.

Not. 2. Ad pag: 21. n. 53. *Vucu cuches* redditum: *voce submissa*. Posterior vox rectius fortasse repetenda a καιειν, *accendere*, *adolere*. Hinc *vucu cuches* = *clamando inter adolendum dic*: Quippe in fragmento Tab. VI. Col. I. *pir pureto cehesi* videtur esse: *igne puro adoletis* (1).

Pag. 28. ct 29. De voce *sirnti* dictum, eam *falsam manifestarie* videri, eamque voluimus reddi: *sint*. Sed fortasse fuit *sirint* Plautinum pro *siverint*, a *sinendo*, quod ad rem quod attinet, perbelle quadrat. Sensus enim erit, *tertias* illas omnes, quae prosecandae fuerant, *Tephrae sinendas*, idest *reliquendas*, fore.

Fessi tandem itineris, longiusculi sane, et senticosi, Musarum secessum tantisper petimus, more nostro. Invitus nemo sequatur, ἀμουσος multo minus.

---

(1) Lanz. fac. 654. v. 20.

1.

Fabius, et Marcellus.

Cunctando Fabius dum victorem arte fatigat,
Nec patitur vinci, vincere nec properat.
Hostem Marcellus crebro, incautusque lacessens,
Illaeso hoste, suo perditus ipse malo est.

2.

B. Laurentio Martyri invictissimo,
Capituli Eccl. Cathedr. Abellinat.
Patrono praecipuo,
Quae desiderabatur adhuc,
Aram hanc denique pec. sua erigendam curavit
Franc. Xaverius Iantoli Archidiac. an. 1845

3.

Lucum hunc iam olim B. Franciscus de Paula,
Iure suo hereditario, Minimis suis legaverat.
Sed post temporum infelicitate abalienatum
Ferdin. II. Sic. Rex peq. sua redemit,
Tantique Patris Filiis vindicavit vol. lub. mer.

4.

Del grande Eroe di Paola
Retagio avìto a' Figli suoi legato,
Ed in tempi fatali a lor poi tolto,
Ritorna, o sagro Bosco,
Al prisco possessor già vendicato
Dalla pietà benefica
Del nostro Padre augusto,
Ferdinando secondo,
Rè delle due Sicilie.

5.

Vox humilis, gravis incessus, mores sine labe.
Hic nihil humani quod sapit, ore refert.
Integer atque foret, fictas nisi nosceret artes,
Sanctaque nec mentem roderet ambitio.

6.

Salvator Petri Anton. fil. Licterius, dom. Fovea
Castellanatensis Eccl. Episcopus,
cui praefuit an. VIJ.
Pro ecclesiast. utilitatibus
Ad Neritinensem translatus hanc rexit an. XV.

Callipolitanae inter haec Sedis
eidem administratio
Summi Pontif. voluntate commissa.
Vir omnibus verbo, opere probatissimus
Eq. Commendatar. Ord. Franc. I.
Non sine bonorum desiderio, pauperumq. luctu
Ob. prid. Non. Oct. an. 1839.
an. nat. 39. Mens. 4.
Franciscus Paulus, ex Fratr. Nep. pon. cur.

7.

Translata de Vetere Cashirtam novam
Eccl. Cathedrali, olim Galatina,
Cum Ephebeo Clericali,
Locus hic cum aedific. suis,
Strenue adnitente Ep. loci, annuente
Greg. XVI. Pont. Max.
Cum Parochiali iure, et onere. a. 1843.
Traditus est a Ferd. II. Sic. Rege.
PP. Min. de Observ.
Provinciae Terrae Laboris.
Supellex omnis sacra Reg. clementia suppeditata.
Curante Ludovico de Palma, pro temp.
Provinc. ejusdem Provinciali.

8.

Aureliae. Francisci. F. Ciaburriae
Pupulam. hanc
Andreas. de. Matthaeis.
cum. Vrsula. Mascia. uxore , Matertera illius
In. se receptam. morib. bonisque. artibus
Pro. sexus conditione. optume. institutam
Nuptui. tradidit. Donato. Martinio.
par. nobilitat. viro
Prole. felix. mater. quinaria.
Sed. morte. infeliciter. praereptis. filiis duobus
Die VIII. a. puerperio. V. dec. prid.
Id. Oct. an. 1844.
Vixit. an. 27.
Vir. Matertera. cum. coni. sua. cont.
vot. posuer.

Altro Duumviro giuridico di Pompei.

Questo articolo non ha che fare col fin qui detto. Non sarà non pertanto fuori di proposito per gli amatori delle cose antiche, e per coloro in ispezie, che han contezza de' nostri Fasti Duumvirali di Pompei stampati la prima volta nel 1837, e poi ristampati nel 1842 colla loro continuazione dello scorso anno 1844. L'oggetto di quest' opera abbastanza conosciuta fu di perpetuare i tanti titoletti in *affresco* schiccherati sulle pareti pompejane, svaniti ora per la maggior parte, o che precipitano da un momento all' altro nell' obblio, col disegno di ricavarne quel pro che potevasi per la compilazione de' Fasti duumvirali del nostro Pompei, cominciando dal 680 di Roma, epoca della primiera deduzione di questa Sullana Colonia fino al 79 dell' Era nostra, quando Pompei, ed Ercolano con altri opidi circonvicini cessarono di essere per le note eruzioni del nostro Vesuvio. Lo stadio che ci proponemmo a correre ne' nostri Fasti abbraccia un secolo e mezzo in circa, e ci riuscì di riempirne per anni 130 il vuoto. Non rimangono che altri anni 20, di cui non dubito, che coll' andare del tempo possa colmarsi il resto, se non in tutto, in parte al-

meno. Colla occasione di quest' Opera si tien conto di tutti i monumenti più insigni, e di tutto ciò che può illustrare la storia di quest'oppido, che forma l'ornamento, non già raro, ma unico del nostro bel paese. E sia ciò detto di passaggio

Il novello Duumviro è dovuto agli ultimi scavamenti di Pompei. Fuori la Strada Regia, in un fondo del Sig. Bertucci, scavandosi alcune fondamenta, a 40 palmi di profondità, sulla spalliera di un sedile sepolcrale di figura rettilinea, si lesse così:

C. N. CLOVATIO. CN. F. IIVIR. ID. TRI. MIL. LOC.
d. d. d.

L'ortografia di questo titolo, oltre altre circostanze, lo addita abbastanza antico, ed io non dubito di riferirlo al Sec. VII. di Roma, o al più a' principii del seguente. La Gente *Clovazia*, e *Cluvazia* è nota abbastanza presso il Grutero, nè accade andar sofisticando di altro. Verrio Flacco ricorda spesso un tal *Cloazio* gramatico. Il nostro *Clovazio* si dice semplicemente *Tribuno militare*, e non *a populo*. Si può questo nuovo IIviro allogare in uno de' vuoti del 700, e 739.

ELENCO DELL'OPERE

Edite dell' Autore.

1. Ricerche sull' antica città di Eclano con varie Dissert. aggiunte. In 4. . 3. 00
2. Illustrazione dell' antica Campagna Taurasina con risposta apologetica. In 4. 0. 70
3. Due Pergamene Eclanesi con 7. rami. 0. 70
4. In Epigr. quaedam Osca Exercitatio. In 4 . . . . 0. 24
5, Congettura su di un intonaco Pompejano di Bacco, ed Arianna. In 4 . . 0. 50
6. Fasti IIvirali di Pompei. Seconda edizione, con continuazione. In 8. . . 0. 60
7. In Cippum Osco-abellan. Divinatio. In 8. . . . . 0. 40
8. Lexici Osco-latini stamina quaedam In 8. . . . . 0. 40
9. In Veter. monumenta Comm. . . 6. 00
10. Valore della cifra *Sexs* in marmo di Pompei, Consoli voluti Municipali, Lettere di risposta, ed altro. In 8. . 0. 50
11. Illustraz. del marmo Puteolano *a Colonia deducta* con Dissert. aggiunte . 0. 80
12. Alcuni suggelli antichi spiegati con appendice; 0. 60

13. *Fundamenta Prosod. Lat. cum Parnasso lapidario* . . . . o. 50

14. *Dialect. Institutiones* . . . . o. 25

15. Analisi di alcune nozioni preliminari al Diritto di natura. In 8. . , . o. 30

16. Analisi, e costruz. grammaticale. o. 15

17. *Musarum otia honesta* . . . . o. 45

18. Varii monum. con critiche osserv. in 8. . . . . o. 12

19. Alcuni tegoli spiegati del Mus. Borbon . . . . o. 10

20. Se il religioso secolarizzato possa acquistare, e disporre dell'acquistato. . o. 12

21. Saggio di Discorsi Panegir. e morali . . . . o. 30

22. Effetti fisici delle spezie consagrate. o. 10

23. Orig. del culto di S. Maria dell'Arco. Cenno biografico del Cav. Zingarelli. o. 12

24. In *Tab. Eugubin.* Exercitatio VII. o. 35

25. Memorii Eclanesi con App. e dichiaraz. di un Cip. letterato di Casino. In 8. . , ... o. 15

